

Johann Fecht Zacharias Grape

[...] h.e. Generatio Messiae Aeterna, Psalm. II, 7. consignata

Rostochi[i]: Richelius, 1694

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733811833>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 17.März 1694

Grapius, Zach.

ll.
p. 692.

بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ

מגלת המעשר
מגלה

256

b. c.

**GENERATIO MESSIAE
ÆTERNA,**

Pfalm: II, 7. consignata.

Qyam

Consentiente Magnificâ FCte Theologicâ
DISPUTATIONE EXEGETICO-THEOLOGICA,

in Almâ Rofarum Academiâ Patriâ,
SUB UMBONE

VIRI MAGNIFICI, MAXIME QVE REVERENDI

DN. JOANNIS FECHTII,

SS. Theol: Doct: Ejusdemq; Profess: Publ: Ordinarii longe Di-
gnissimi, Consistorii Serenissimorum Ducum Mekelb. Consiliarii

Gravissimi, & Diocesi: Rostoch: Superintend:
Vigilantissimi,

PRÆCEPTORIS, AC PATRONI, PARENTIS loco omni
filiali pietatis cultu æternum à me devenerandi,

Placidissimæ Clarissimorum DNN. Commilitonum ventilationi

AUCTOR & RESPONDENS

ZACHARIAS GRAPIUS, Rost: Megap:

In Acroaterio Theologorum Maximo,
Ad d. XVII. Martii A. E. C. M DC XCIV.

expono.

ROSTOCHI, Typis JACOBI RICHELII, Ampliff, Sen. Typograph,

SERENISSIMO PRINCIPI,
ET DOMINO,
DOMINO,
FRIEDERICO
WILHELMO,
DUCI MECLENBURGICO REGENTI,
PRINCIPI VETUSTÆ GENTIS HENETÆ, SWERINI
ET RACEBURGI, COMITI SWERINENSI, TER-
RARUM ROSTOCHII ET STARGAR-
DIÆ DYNASTÆ,

ILLUSTRISSIMÆ UNIVERSITATIS VARNO-BALTICÆ
PATRONO ET CANCELLARIO
MAGNIFICENTISSIMO,
PRINCIPI AC DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO,

GRATIAM SUMMI NUMINIS ÆTERNAM,
REGIMEN QUIETUM,
SANITATEM ILLIBATAM,

ET
PROSPERA QUÆVIS

DEVOTE APPRECATUS,

HASCE LABORUM MEORUM THEOLOGICORUM
PRIMITIAS, IN STUDIORUM MEORUM COMMENDATIONEM,

EA, QVA OPORTET,

J. E.

SUMMA, HUMILITATE
CONSECREO

ZACH. GRAPIUS,
ROSTOCHIENSIS.

(*unum*) In 3. sent. dist. 10. q. 1. art. 2. ubi sine additamento dici posse concedit, Christum esse Filium Dei adoptivum (*ἑτερογενῆ*) in 2. sent. dist. 4. qv. 1. Christum non quidem absolute, cum addito tamen: in quantum homo est, dici posse Filium Dei adoptivum. Quam sententiam probabilem sentit Richard. 3. dist. 10. qv. 1. & Scotus ibid. Gabriel Almaynus Major, in 3. dist. 10. Et si negent, Christum etiam cum addito: secundum humanitatem dici posse Filium Dei adoptivum, dicunt tamen, Christi humanitatem esse adoptivam Conf. Commentatores ad libr. 3. sent. dist. 10. & ad partem 3. Thomæ qv. 23. art. 4. (xxxx) in Programm: in Fes. Nativ. Ann. 1643. dico probabiliorē esse sententiam eorum, qui docuerunt, Christum secundum carnem non esse Dei Filium Naturalem; sed adoptivum, imo ausim dicere, veram. Et damnat Adrian: Pontif: de quo in præced. §. (yyyy) in Collegio quodam quod in MSSus possideo, de Controv: Helmst. ad. Et Witteb: disp. 14. ubi Controversiæ sec. VIII. historiam exhibet, & Calixtum suum acriter defendit. (zzzz) Sic consulendi sunt Dorsch, Varen. Rhauell. cc. item Dorsch, intervent: pro SS. Trin. c. 25. Et in Anti-Corn. c. 25. Et in Pentad. Disp. 4. §. 28. sqq. B. Joh. Gerb. Loc. 4. c. 9. §. 172 p. 231. sq. D. Joh. Tob. Major, in Dissert: Historico-Scholast: de Filiatione Christi, ut Homo est. Menzer. Tom. 6. Dissp. Giess Disp. 15. Feuerborn: in Anti-Ostrod. Disp. 6. p. 104. Joh. Forbes à Corse Instruit. Theol. Histor. l. 6. tot. quem hæres, ist vocat, Adoptivariorum, consecravit. Brochmand. in Syst. art. de Christ. c. 13. qv. 6. Carpzov: Syst. Theol. art. 16. sect. 4. aph. 4. §. 5. B. Scherz. Syst. Th. Loc. 8. §. 8. p. m. 182. sq. B. Quensted. in Syst. Part. 3. c. 3. sect. 2. qu. 8. p. m. 149. sqq. B. Siric: Colleg. Theol. Disp. 8. th. 21. p. 167. B. Kilian. Rudrauff. in Syllog: Extens: Dissert: 9. qv. 12. p. 229. Magnif. DN. D. Jac. Henning. l. c. num. III. Conf. Et Suarez. Tr. in part. 3. Thom: Disp. 49. & alios passim.

§. 3. Sunt hæ laborum meorum Theologicorum primitiæ, quas ex instructissimis Bibliothecis cum Magnifici mei DN. PRÆSIDIS, tum summorum aliorum tenuitatis meæ Patronorum, de quorum in me affectu, & conversatione merito mihi gratulandum est, pro genii & ingenii ratione colligere fas fuit. Benevolus & sincerus Lector æquus earundem erit aestimator, & si quid minus accurati in iisdem offendet, mihi, si quid boni, soli imputabit DEO, cui pro præstito auxilio sit

LAUS ET GLORIA SINE
F I N E.

Σφάλματα quæd: fugitivis oculis observata.

A. 3. b. lin. 21. pro Sec. XXXIX. l. XXIX. A. 4. lin. ult. pro est l. es. A. 4. b. lin. 23. post: Gerhard. Ex. l. c. add. Gesner. l. c. B. 1. lin. 29. p. add. 132. F. 1. lin. 9. pro Prov. VII. l. VIII. F. 2. lin. 13. pro quovunque, as, l. quovunque, quas. F. 4. lin. 16. pro: qua, in nonnullis exemplaribus leg: quia, & in lin: sq. pro dicit: l. dicitur. Reliqua B, L. pro arbitrio suo corriget.

H

CLARIS.


CLARISSIMO VIRO,
ZACHARIÆ GRAPIO, ROST:

Æquis eruditionis & pietatis passibus ad summâ contendenti,

S. P. P.

CUm nuper lucubrationem mihi Tuam de æternâ Filii DEI generatione offerres GRAPI, singularem accuratamque bonorum auctorum in eâ lectionem deprehendi, nec minus solidum de iis, quæ tractabas, iudicium. Quisquis enim insumptum hunc in argumentum planè arduum & difficile laborem acriori oculo inspexerit, è vestigio deprehendet, exemplo Te Parentis Tui, Ecclesiæ, Academiaeque nostræ præmaturo fato abrepti, comprehendere velle & penitus imbibere sanioris Theologiae nostræ doctrinam, ex ipsis Hebraicæ Græcæque Scripturæ fontibus, collatis eum antiquissimarum in variis lingvis versionum interpretationibus; nec in tam periculoso fumorum mysteriorum pelago aut proprio ingenio, quod à naturâ Tibi & ad excogitandum acutum & ad explicandum ornandumque fecundum & ad memoriam firmum atque sedatum contigit, fidere velle, aut ducibus uti sublesta dubiaeque fidei, sed iis, qui cum puro defecatoque S. Literarum sensu consensum cum Ecclesiæ doctoribus, citra omnem suspensionem orthodoxis, sacrosanctum colunt & sectantur. Quos inter si illos frequenter adducis, qui in Academiis Majorum Tuorum immortalibus meritis illustratis, vel docuerunt olim, vel nunc docent, invidiosè malus sit, qui agrè ferat, quod luculentum pietatis Tuae, quam inter eximia vitæ Tuae decora obfervas, argumentum interpretari deberent. Nec fugitivo tantum oculo intueris in illa Ecclesiæ nostræ lumina, sed iisdem ita illustraris, ut jam & meditatio Tua, ex istis caeli nostri Sionæi sideribus hausta, eandem ubique præferat lucem, nec à vestigiis tantorum virorum vel lacum recedat unguem. Quas virtutes dum cum adamantino quodam nisu & indefesso labore conjungis, quis non hunc Tibi animum, summas quaslibet spes egregio publico promittentem, toto animo gratuletur? Nec enim quicquam Christianum magis videri queat, quam impensè lætari, DEOque referre grates, quando magnorum doctorum soboles ad eandem enititur eruditionis gloriam, eamque Ecclesiæ spondet expectationem, quam illi opere ipso olim impleverunt? Ego certè non opto tantum sed spero, fore Te olim inter eos, qui Rhavios, qui Königios, qui Grapios, quorum supra elogium meum fama est, imò si & eos memorare velim, quos paulò ante habuisti & quos nunc habes patrum loco, Varenios, Pfeifferos, Schomeros, Gebhardos, Maseovios, animo, virtute, doctrinâ, industriâ representent. Quod ut eveniat, non Tute tantum, GRAPI, acerrimâ, quæ unquam à Te proficisci potest, contentione ad laborabis, sed ego quoque supremum Numen, bonorum omnium fontem, cui Te curæ esse, quod Te humillimâ animi devotione venerari scio, seriis precibus invocare non intermittam. Vale. Scr. in Musæo, d. VII. Martij, A. O. R. MDCXCIV.

JO. FECHT. D.





بِسْمِ اللّٰهِ الرَّحْمٰنِ الرَّحِیْمِ

הקדמה



iranda, non rimanda esse *Mysteriorum* $\beta\alpha\theta\eta$ profun-
 dissima eorumdem sublimitas docet, rationis nostra ni-
 mis angusta peripheria consentire debet: Illa perci-
 piendi difficultatem, hæc errandi facilitatem sat in-
 genuè monstrat, illamque hujus esse causam, experi-
 entia constat. Non enim facilius, nec periculosius
 erratur, quam in iis, quæ captum rationis nostra
 transcendunt. Quam sapissime queritur in rebus
 rationi, sensibusque; obvis de imbecillitate concipiendi
 nostrâ! Ita subtilissimus ille Scaliger (a) *Scientiam*
 nostram comparat cum umbrâ in sole. Sed longe
 patenior deviandi panditur campus in curioso illo summorum *Mysteriorum* mele-
 temate, quæ lingua sacro adorare debet silentio, ubi fides mentem sub obsequio ca-
 pitivatam ducit (b) sensusque inermes ad pedes suos religatos projicit (c) ubi nullam
 vel $\kappa\alpha\iota\omicron\theta\eta\tau\alpha$ activam, vel $\theta\upsilon\beta\eta\tau\eta\tau\alpha$ insitam rationi nostra in hæc mortalitate con-
 cedunt s. litera. Ostendente B. meo Avo DN. L. BALTHAS: RHAUE, (d) Theologo
 quondam Pomerano, ut ad eò in rimandis hisce castitare mens perquam facillime
 queat. Suis id exemplis docent multi: Thomas sequebatur iudicium mentis, (e) *Re-*
surrectionem Christi pernegabat. (e) Idem obrigit Philosophis Atheniensibus, (f) *Fes-*
to, (g) aliisque; (h) *Vetustum illud Hæreticorum par* Ebion & Cerinthus, *Seculi I.*
dedecora, Arius, Nestorius, & Eutyches *Sec. IV. & V.* Chimæra, infinitique ejusdem
farine alii, quos *Veneranda nobis Antiquitas* sistit, quos non enixi sunt absurda
 $\pi\upsilon\epsilon\lambda\ \kappa\alpha\iota\ \phi\lambda\epsilon\gamma\epsilon\tau\epsilon\nu\tau\iota$ tradenda, ex quânam causâ aliâ, quam quod *Mysteriorum* it-
 lam altitudinem secundum decempedam cæca sua rationis emensi fuerint? Nec adhuc
 hodiernum talia proh dolor! nobis desunt exempla: Catva illa Calvinianorum cohors,
 insaufi illius Fauſti Socini mancipia &c. quid non delirant? qua causâ aliâ, quam
 quod curiositas ipsorum nimia circa *Mysteriorum* profunda rationem principium
 Theologia sua ponat. Cautius itaque omnino erit in admiratione subsistere circa ea, quæ
 in sacris mentis transcendunt cancellos. Horum numero omnino quoque; accensum
 dum mihi est præsens Thema de tremendo illo *Mysterio*, *Æternâ scilicet Messie Gene-*
ratione, *Mysteriorum* certe *Mysterio*, de quo, consilio Basilii M. Cæsareæ in Cappado-
 ciâ Episcopi, silendum magis, quam loquendum (i) $\theta\pi\alpha\ \gamma\acute{o}\rho\varsigma$, Sunt verba Ejusdem
 $\epsilon\ \chi\epsilon\acute{\iota}\nu\ \theta\epsilon\omicron\varsigma\ \alpha\iota\omega\ \nu\ \epsilon\mu\epsilon\sigma\iota\tau\epsilon\upsilon\sigma\epsilon\nu\ \epsilon\ \gamma\epsilon\theta\eta\ \theta\epsilon\omicron\ \pi\pi\eta\nu\epsilon\iota\theta\eta\ \alpha\iota\ \epsilon\ \gamma\epsilon\alpha\tau\eta\varsigma\ \pi\alpha\omicron\gamma\eta\nu\ \epsilon\ \chi$

A

ἔχ' ὁ διηγῆματός ἐστι, πῶς Φάντασ' ὁ νῆς; πῶς ἢ ὑπερεπίσει γὰρ Δι-
 νοίαις ἢ γλώσσαι Ἐ. (k) *cum quo eleganter consentit ambrosius ille Ambro-*
fius, Mediolanensis Episcopus (l) Mihi, inquit, impossibile est Generationis scire
decretum (secretum) mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed & Angelorum,
supra potestates, supra Cherubim & Seraphim, & supra omnem sensum est. Licet
scire, quod natus sit, non licet scire, quomodo natus sit? Hac ille. Quod si consideras-
sent Servetus, quisq; Servetum sequuntur, & in illius & Photini nomine pariter ac
confessione gloriantur, Servetiani s. Sociniani, (m) quod si observassent, vana illa Ar-
minianorum cohors pluresve alii, tot, tantaq; blasphema certe non parturivissent
βδελύγματα de tremendo hoc *Mysterio. Sed quis tibi in praesenti consulam?*
loquarne de eodem an sileam? par profecto in utroque offendendi apparet periculum.
Illud materia sublimitas suadet, hoc ejusdem necessaria omnino propter Adversarios
notitia vetat. Quod si ergo & loqui vetor, & silere prohibeor, par est me ita loqui,
ut sileam, ita silere, ut locutus esse censear, i. e. Summā simplicitate, & quidem solā
Scripturā praevidē, unicā gladium Spiritus adversus Adversarios porrigente, (n) quare-
ste & loqui & silere docet, materiam praesentem pertractabo, quantumque illa loqui-
tur & ego loquar, quantumque illa silet, & ego silebo. Oraculum autem hāc de re
profero, non ex Appollinis tripodē; sed ex ipso sapientia divina penetrati depromptum,
& à Davide Regio illo Psalms II, 7. decantatum. Ut autem ordine, quo nihil
praestantius, nihil prius in natura est, Teste Scaligero (o) progrediar, tres exhibebo
Meditationum mearum sectiones, quarum Prima varias Dicitur versiones, Secunda tracta-
tionem Philologico-Theologicam: Tertia Porismata quaedam Theologica exhibebit. De
mibi Æternus ille Æterni Filii Pater πνεῦμα σοφίας, καὶ ἀποκαλύψεως, ἐο-
δοποιῶσει αὐτὸ. Πέφωπομένους ἴδες ὀφθαλμοῖς ἴης Διανοίας. AMEN.

(a) *Exercit. 307. f. 12. (b) 2. Cor. X. 5. (c) Ita depingitur FIDES in star speciosa Vir-*
ginis, quā ejus denotatur integritas & puritas. Coronam gestans in capite, Si-
gnum ejus Excellentiae. Labia ejus aurea in aure clausa, significando, Lingvam
ejus mysteria non posse perfecte exprimere. Manu gerit catenam auream, quā
Principem quendam, qui est Intellectus, captivum ducit. Pedibus substrati jacent
quinque milites, velut enecati & mortui, qui sunt quinque sensus humani, inermes
in Fidei mysteriis: Vid. Jacob Marchant. Hort. Pastor, p. 711. Edit. Colon. A. 1672.
 (d) *in Diss. de Ministr. Oper. quā servit Theologia Philos. Sobr. hab. Greiffsvvald.*
 A. 1627. thes. 19. (e) *Joh. XX, 25. (f) Act. XVII, 32. (g) Act. XXVI, 24. (h) conf.*
L. Rhane l. c. (i) in Homil. eis ἴην ἀγίαν τὸ χεῖρ ἔξ γεννησιν, quam olim
separatim sine interpretatione edidit Mich. Proffellius Schol. Norrbusan: Rector
postea cum interpretat. & notis M. Wilh. Christ. Calenius Schola Ejusdem ConR-
impressi Helmslad. A. 1669. Verba initialia hęc sunt: Χεῖρ ἔξ γεννησιν ἢ μὴ
οἰκεία καὶ πρώτη, καὶ ἰδίαι αὐτὸ τῆς θεότητος σιωπῆς τιμάσθω.
Μάλλον ἢ καὶ ταῖς ἐνοσίαις ἡμῶν μὴ ζητεῖν ἐκείνα, μηδὲ πολυ-
πραγμαίνειν ὀπατιζώμεθα, quæ sic Calenius vertit: Christi Generatio, Æterna
quidem

Κυρια. ΚΥΡΙΑ. ἔπει πρὸς μὲ, υἱὸς μὲ ἔἰ σὺ, Ἐγὼ σήμερον γενένηκα σε (****)

S. 6. *Latina Vulgata* sic vertit: *Prædicans præceptum Ejus. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, Ego hodie genui te.*

S. 7. *Pagninus* ita: *Narrabo ipsum Decretum. Dominus dixit ad me. Filius meus tu, Ego hodie genui te.*

S. 8. *Arias Montanus* sic: *Narrabo ipsum statutum &c.*

S. 9. *Vatablus*: *Recensebo Decretum, Dominus dixit. &c.*

S. 10. *Castalio*: *Narrabo Jova Decretum, qui mihi dixit, Tu Filius meus es. Ego te hodie genui.*

S. 11. *Junius & Tremellius*: *Decretum enarraturus sum, Jehovah dixit mihi, Filius meus es, Ego hodie genui te.*

S. 12. *Piscator*: *Narrabo de Decreto, Jehovah dixit ad me. &c.*

S. 13. *Aretius Felinus*: *Prædicabo igitur, quod decrevit Jehovah, qui ad me dixit, Tu meus Filius es, hodie te genui.*

S. 14. *Lutherus*: *Ich will von einer solchen Weise predigen/ daß der HErr zu mir gesagt hat / du bist mein Sohn / heut hab ich dich gezeuget.*

S. 15. *Tossanus*: *Ich will den Nachschluß des HErrn verkündigen/ daß der HErr zu mir gesagt hat/ du bist mein Sohn/ heut hab ich dich gezeuget.*

S. 16. *Anglicana Versio* ita habet: *I Will declare the decree: the LORD hath said unto me, thou art mi Son, this day have I begotten thee.*

* *Arias Montanus Chaldaicum* ita vertit: *Recitabo DEI pactum: Dominus dixit mihi, dilecte, sicut Filius est patri, tu mihi purus es, ac si die ista creavissem te. Augustinus Justinianus* vertit ita: *DEUS dixit mihi dilecto, sicut Filius est Patri, tu purus ac si die ista creavissem te. (**)* Habetur sic in *Bibliis polyglottis Anglicanis*, versio hæc est: *Ut enarret Decretum meum. Dominus dixit mihi (quod) Filius meus tu, & ego hodie genui te. (***)* Latine ita: *Ut annunciarer præceptum Domini. Dominus dixit mihi: Tu es Filius meus, & ego hodie genui te.* Habetur ita in *Bibliis Anglicanis polyglottis*. Sed versio *Maronitarum Roma excusa* pro *ἡσὶν* verbum, *ἡσὶν* Testamentum, *ἡσὶν* statutum legis. (****) *Cyprianus & Hilarius* loco primi membri ex vetustâ aliquâ translatione legerunt: *ἀναγγέλλων ἰσχύος ἀπε. βασιμὸν. Sexta Editio Translationis Græcæ* legit priora verba paulo aliter: *καταγγέλλων εἰς οὐδὲν ἀγαθήκην. Aquila teste Origene* pro *γενένηκα* habet: *ἔτεκα.*

SECT.

SECT. II.

Exegetico-Theologica.

§. 1.

Versatur adhuc David in primâ hujus Psalmi parte, inque hoc 7. & usque ad 10. exclus. subsequenter versibus, quibus eandem absolvit, (1) Concionem quandam egregiam Messie nobis proponit. Ubi partim Concionatorem partim Concionem ipsam offert. Illum quod attinet, est is Secunda Trinitatis Persona, in v. 2. nomine MESSIÆ denotata. Hanc quod concernit, exponitur partim ejus actus, partim ejus Summa & Materia, quæ est ΠΠ illud, ubi (1) Præfatio Decreti, Æternam Messie Generationem exhibens, (2) Decretum ipsum evoluitur. De posteriori hâc vice non agam; sed de prioribus tantum meditationes meas subjecturus sum.

(1) Ita enim secundum Magnif. DN. D. SEB. SCHMID. Philologum hujus seculi absq. secundo, Psalmus hic, cujus scopus & argumentum est, quod sit vaticinium quoddam de Christo, commodissime in duas dissecitur partes. Quam accuratissimam omnino Analysis ex Resolutione Ejusdem Psalmorum, Prophetic. de CHRISTI, p. 3. sq. in compendio hic subjicere liceat, ut eo melius οὐνὰ Φαῶ Textus conspiciatur. Habetur ergo in Imâ parte prædictio de tumultuatione contra Regnum Christi. Ubi observ. (1) Tumultus subjectum, quod sunt (α) gentes v. 1. (β) populi. Ibid. (γ) Reges terræ v. 2. (δ) Dominatores. Ibid. (2) Tumultuantium actiones. Quæ sunt: (α) obmurmuratio: Quare tumultuata: (β) occultum de resistendo propositum: & populi meditati: Unde (γ) Conventus ad deliberandum: v. 2. Confiterunt Reges: Et (δ) ipsa in commune consultatio dominatorum. Ibid. (ε) Consultantium Conclusio: Avellemus v. 3. (3) Tumultus Objectum, quod est Jehovab & Christus Ejus. v. 2. (4) Tumultus indignitas, quæ per emphaticam interrogationem significatur: Quare? v. 1. q. d. res sane indignissima est (5) Tumultus prædicti certitudo per tempora præterita insinuata. Quare tumultuatae sunt gentes? (juxta fontem) q. d. tam certo prævideo futurum, ut tumultuentur, quasi res jam facta esset. (6) Tumultus Vanitas. Tum. (α) ratione ipsius rei, quæ vana est & impia. v. 1. & populi meditati vanitatem. Tum. (β) ratione impotentia à DEO tantum ridendæ v. 4. (7) Tumultus Eventus, qui (α) respectu tumultuantium impenitentium futurus infelicissimus v. 5. (β) respectu Jehovæ & Christi Ejus felicissimus, ita ut (a) Jehovæ Patris super Christo suo decretum maneat & impleatur v. 6. (b) Ut Messias sine tumultuantium impedimento prædicet v. 7. ad 10. exclus. In IIâi Parte continetur Exhortatio ob obedientiam erga Messiam etc:

§. 2. Exhibens igitur hâc vice Concionem Messie, in quantum ea in dicto nostro Generationem Ejusdem Æternam nobis sistit, profero circa hoc negotium (1) Concionatorem. Circa quem potissimum evolvendum erit, qui-

nam ille sit? Quod antequam determinem, prænotandum erit, varias nobis hoc in theatro Prophetico præsentari Personas. Totus enim hic Psalmus conscriptus est in formâ *Dialogi*, ita tamen, ut variantium subinde Personarum diserta non exprimatur mentio, æque ut in Cantico & alibi. (2) Introducuntur autem quatuor Personæ colloquentes: *Prima* est, quæ loquitur v. 1. & 2. item v. 4. & 5. & versibus ultimis: Nunc ergo Reges animadvertite &c. usque ad finem. *Secunda* est, quæ v. 3. jactat: Dirumpamus vincula eorum, &c. *Tertia*, eaque Summa & Eminens, quæ v. 6. introducitur: Atque Ego inungens Regem meum &c.: *Quarta* est idem ille Rex, cujus modo Pater Cœlestis meminerat, qui v. 7. 8. & 9. quasi ex abrupto infit. *Decretum enarraturus sum* &c. Nec confundendæ hæc sunt Personæ. *Alia* enim est *Prima*, nempe *Spiritus S. Auctor* hujus *Psalmi primarius*, loquens per *Auctorem secundarium*, qui immediatâ Illius ἐλάμψει scripsit, quæ hoc loco consignavit, estque *David Rex Populi Domini* (3) non idem cum reliquis; non cum *Secundâ*, cui se opponit; nec cum *Tertiâ*, cui se supponit; nec cum *Quartâ*, à quâ se distinguit, partim peculiarem sermonem de Eadem instituendo, partim Eandem cum Domino immediate connectendo. (4)

(2) Conf. B. DN. D. Sal. Gesneri Comment. in Psalm. in h. l. p. 102. & B. DN. D. Gejer. in prælect. publ. in Psalm. in h. l. p. 487. Edit. Francof. Flac. in Clav. script. Part. 2. p. 303. edit. à Joh. Museo. (3) Vixit hic Sec. XXXIX. A. M. C. Secundum nonnullos tempore Germanorum Regum, Kels, à quo Celta, Gal, à quo Gallis, Hyllir, à quo Illyrici postea dicuntur orti. Conf. Alsted. in Encyclop. libr. 20. Historic. c. 17. p. m. 2954. Estque Auctor hujus Psalmi Secundarius, quamvis R. Aben Esra dubitet, an hic Ps. II. sit Davidis, quia est ἀνεπίγραφος καὶ ἀπτελος. Sic enim putat in Proöm. ad Psal. eos Psalmos, qui inscriptione carent, non Davidis esse, probabile videri. Et ad Ps. II. Cantori cuidam eundem adscribit, inqviens. הנכון בעיני זה מסמור חכרו אחר מהשוררים על דוד ביום המשורר Ex versione D. Scheidii ita videtur mihi hunc Psalmum composuisse aliquem Cantorum de Davide in die illo, quo Rex ungebatur. Sed suo fundamento hæc opinio destituitur. Contrarium igitur amplectendum cum R. D. Kimchi & R. Salomon, præsertim cum N. T. expresse hunc Psalmum Davidi tribuat Act. IV, 25. Conf. DN. D. Seb. Schmid. l. c. §. 7. annot. 1. p. 8 & Jacob. Raup. Biblioth. Portat. lib. 3. part. 3. p. 260. in h. l. Polus l. c. Andr. Rivet. præterea notat in Psal. II. Tom. 2. Opp. p. 7. Edit. Roterod. in quibusdam codicibus sic reperiri: Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, item in Codice Complutensi; sed apud Eundem teste Cardinali Sirleto in notis variarum Lection. in Psalmos ad S. Operis apparatus, exemplar Vaticanum & Romanum absque inscriptione habent, & Hilarium Pietavjensem, Chrysothomum, & Theodoretum Cyri Episcopum citat. Conf. DN. D. Balth. Scheidii Dissp. Philol. in Psalter. David. Dissp. 3. in Ps. II c. 5. (4) Conf. B. DN. D. Dorisch. Pentad. Dissp. Dissp. 2. in h. l. §. 4. p. m. 70. Gesner. l. c. p. 10.

§. 3. Pre-

§. 3. Præsupposito jam, Personam illam, quæ v. 7. loquitur, aliam esse, & distinctam à reliquis, investigandum porro erit, quinam igitur idem ille sit, qui h. l. in Personâ *Concionatoris* cujusdam introducit? Docent autem hic Veteres & Recentiores Saniore Interpres, esse illum non *Davidem*, vel quenvquam alium; sed *Secundam SS. Trinitatis Personam*, ꝑ hoc recensentem, quippe quod nulli alii præter hanc competere potest. Patebit id, si demonstravero, quinam ille sit, de quo potissimum & *literaliter* in toto hoc Ps. agitur? Eum enim esse, qui hoc v. 7. prædicat, & ipsi Adversarii concedunt. Esse autem hunc solum *Messiam*, contra Hostes nostros mox citandos seqq. rationibus probo: (1) ex *Scopo & Argumento totius Psalmi*, qui tractat doctrinam de Personâ *Messie*, & officio ipsius Prophetico, ac Regio, deque fortunâ hujus Regni in hoc mundo. Hinc argumentor: *Quæ. Interpretatio cum scopo & Argumento alicujus textus ex asse convenit, illa ceteris etiam paribus vera est ac genuina. Atqui hæc Sc. E. Major* suo statulo, quoniam secundum vetus illud *proverbium Hermeneuticum; intelligentia Dictorum ex causis dicendi depromenda est.* (5) *Minor* jam patet ex præcedentibus, in quibus *Analyfin* totius Psalmi dedimus, & ex immediate subsequentiibus adhuc clarius patebit. (6)

(5) Est Regula *Hilarii l. 4. de Trin.* Per *Causas* intelliguntur præcipuæ *Causæ impulsivæ*, seu occasionales, & *finales*, quæ uno nomine *Scopus* appellantur. conf. *B. DN. D. Dannhauer. Ide: Bon. Interpr. part. 1. Sect. 2. Art. 8. p. m. 153.* (6) Urget mecum idem hoc argumentum *B. DN. D. Joh. Gerhard. in Exegef. Loc. 3. de Trin. §. 158.*

§. 4. Probo (II) Ex *ipso contextu*, indeque argumentor: *Quæ: sententia ex ipso contextu probatur, illa vera est & genuina: Atqui hæc Sc. E. My.* sua luce radiat. *Minor* patebit ex inspectione ipsâ, ubi vel infinita apparebunt argumenta, quæ indubitato evincunt, non certè alium, quam *Æternum Æterni DEI Patris Filium* hic intelligi. Potiora tantum referam.

(1) Urgeo expressam *Filii denominationem* à Deo Patre factam: בני אלהים Quibus verbis de Filio Dei singulari *μωνοθεῶς πω* agi, patet cum ex immediatâ cum Patre v. 2. conjunctione, tum ex pari cum Eodem in rebelles severissimâ animadversione, tum ex absoluto posito, partim hîc, partim v. 17. נשקו כר (7) *D. Gesnerus*, (8) & *D. Reinh. Bakius* (9) inter alia etiam hic urgent particulam: Tu, cui respondeat in N. T. articulus: Hic (10) (2) militat pro nobis *Æterna* illa *Generatio* soli *MESSIÆ* propria: אנו היום ירתיך de quâ pluribus infra. Quæ omnia certe non *Davidi*, sed soli *Christo* competunt. Cui enim unquam vel *Angelo*, vel *nudo Homini* à Patre *Æterno* hoc dictum est: Tu es *Filius meus* Sc. (11) (3) Argumentum aliquod

aliquod desumitur ab expressâ *Messia nuncupatione* v. 2. ubi κατ' ἀντινομασίαν vocatur *MESSIAS DOMINI*, quod nomen ἀπὸ ὧς & κατ' ἐξοχὴν *Filio Dei* competit (12) (4) ab *universali imperio* hujus Personæ in omnes gentes v. 8. quod non *Davidi*, qui modo super aliquos constitutus erat; sed *Deo* competit. (5) à *Fiduciâ* in hanc Personam collocandâ & *Beatitudinis* propterea *promissione* v. ult. quæ Ἰσραηλιτῶσι non possunt tribui, in quem qui confidit, maledictus est. (13) Fusius hæc deduxerunt *B. DN. D. Egid. Hunnius* (14) *B. DN. D. Calov.* (15) *Polus.* (16) &c.

(7) Ἰ Notare *Filium* & usum linguæ admittit *Prov. XXXI, 2.* & *Textus συνάφεια*, cum Filii mentio jam expresse præcesserit, & *Lingua Aramica* harmonia. Quo de nomine vid. *Calov. in Bibl. illustr. adh. l. p. 941.* & *Magnif. DN. D. August. Pfeiffer in Dub. vexat. Cent. 3. Loc. 48. à p. 555. ad 558.* & in *Exercit. Bibl. in illustr. Quov. septem: qu. 6. p. 145. seqq.* item *Geier. prælect. in Psalm: h. l. D. Balh. Scheidii Dissp. Philol. in Psalm. Dissp. 3. p. 36. Joh. Coccej. comment. in Psalm: p. 12.* & contra *Salmeronis* interpretationes *B. Sal. Glass: Philol. S. l. 2. part. 1. Tract. 2. sect. 1. Art. 3. can. 2. p. m. 273. Sixtin: Amam: Antibarb: Bibl. p. 700.* & alios (8) in *comment: in Psalm: in h. l. p. 11. (9) in comment: in Psalter. ab Ipsiis Filio Ernest. Bakjo edit. in h. l. p. 40. (40) Matth. III, 17. (11.) Ebr. I. 5. (12) Ideo etiam Rabbini hic intelligunt illum *Unctum Domini*, de quo *Esai. LXI, 1.* qui nuf. lus alius, quam *Solus Christus* est (13) *Jerem. XVII, 5.* (14) in *Anti-Pareo Altero Tom. II. Opp. p. 838. sqq.* ubi quam elegantissime locum hunc vindicat (15) in *Bibl. illustr. in. h. l. p. 934. (16) in Synops. Critic. vol. 2. in h. l. p. 487. sq. Conf. B. Joh. Gerb. in Exegef. l. c. p. 11. Bakium l. c. p. 40. Magnif. DN. D. Joh. Ad. Osiand. in Colleg. Theol. System: Part. 1. Loc. 2. Thes. 39. in h. l. p. 412. & p. 419. DN. D. Pfeiffer. in Dub. vexat. l. c. & Helvic. rom. 4. Dissp. Giesfens. Dissp. 10. class. 5. p. m. 237. Scheid. l. c. p. 38. & B. DN. D. August. Balthasar: Superintend. quondam Generat: apud Greiffswaldens. in Dissp. Inaug. de Generat. Filii Dei Ætern. Præside B. DN. D. Tabbert: Greiffswald. Ann. 1670. hab. posit 4. § 20.**

§. 5. Probo (III) Ex allegatione & applicatione hujus dicti in *N. T.* ad Christum factâ. Unde argumentor: *Quodcumq; V. T. Dictum, N. T. de Christo allegat, & ad eundem applicat, illud omnino de eodem interpretandum est.* Atqui *Præsens Dictum* &c. *E. Major* non est neganda ob elegantissimam illam *N. T.* cum *Veteri harmoniam*, cujus illud complementum dicitur. *Minorem* expressa litera probat: *Act. IV. 25. (17) cap. XIII, 33. Ebr. I, 5. c. V, 5.* Sic quoque *potestas gentium* & *Virga* illa *ferrea*, quâ impii contemendi, de Christo exponuntur *Apoc. II, 26. & 27. c. XIX, 15.* (18)

(17) Hanc interpretationem Deo placuisse, inde liquet quod ipse Deus, eam tribus miraculis è vestigio comprobaverit. Primum enim totus locus, in quo Apostoli erant congregati, commovetur; Dein ipsi uberiore gratiâ Spiritus S. replentur supra illa dona, quibus die Pentecostes exornati fuerant, & deniq; tantum ex instinctu

DEI

DEI animum capiunt, ut jam non amplius metuant Phariseorum & Pontificum minas; Sed libere de Christo concionari incipiant. Sic *Esā. VI.* Deo se manifestante Prophetæ, superliminaria tremunt & tota Domus repletur fumo. Et *2 Paral. VII.* cum Salomon complevisset preces & inaugurationem templi, DEUS suâ præsentia declarat, preces sibi placere, ita ignis descendit de cælo, devorans hostiæ caulta, & Majestas Domini replet Domum, Conf. *Gesner. l. c. p. u.* & *Reinh. Bækijum l. c. p. 41.* (18) *D. Egid. Hunnius l. c.* & *Meelfürerus*, aliique referunt huc quoque varicinium Christi *Lmc. XVIII.* quod Gentibus tradendus; de odio autem gentium erga Dominum hic agi. Essent itaque interpretationis hujus genuinæ tres Testes: ipse *Christus*, *Apostoli* omnes, & *Paulus*.

§. 6. Probo denique (IV.) thesin meam ex consensu Antiquitatis, & quidem (1) *Syrorum & Arabum*, quorum inscriptio in hunc Psalmum in *Bibliis Polyglottis* hæc est: *Davidis Prophetia de Christo Domino & Vocatione Gentium.* Qui interpretes si Psalmum hunc de Davide, vel alio quodam nudo Homine agere putassent, talem certe *משעבד* non adjecissent. (2) Affertur consensus omnium ferme *Patrum*, Teste ipso *Andr. Riveto.* (19) Nec (3) olim disenserunt *Prisci Saniores Judæi & Rabbini.* Si enim his persuasum fuisset, Psalmum hunc de Davide vel alio extra Messiam loqui, utiq; *Paulo*, & reliquis *Apostolis*, ad Christum eum accommodantibus, illud objecissent. (20) Consensum expressum testatur *R. Sal. Jarchi* (21) iniquiens: *מלך המשיח על מלך הענין* ררשו ארז הענין *Doctores Nofiri exponunt argumentum* (hujus Psalmi) *de Rege Messia!* Id quod etiam testantur *R. Aben Esra*, & *R. D. Kimchi* in *b. l.* Pertinet etiam huc omnino insigne illud testimonium ex scripto illo *Sohar*, (22) cujus hæc est sententia: *עב קל מאתן ותרון בחושבן כר אנת הוא בר רעי* *מחימנא עלך אחמר נשקו כר ואנר* הוא רבו דישראל רב לתת רבן דמלאכי השרת בר לעילא ברא דקבה ושכינתא

Vocula Ab, Kal per Supputationem Cabbalisticam continent numeros 200. Respicitur ad בר Filius, de quo Ps. II. Filius meus Tu. Hic Filius est Pastor fidelis. De Te dicitur. Osculamini Filium. Tu enim es Dominus Israël, Dominus inferiorum, & Dominus Angelorum ministerii, Filius summi, Filius DEI benedicendi, imo Schechina. Consentit R. Maimonides (23) *Non desideramus, non expectamus diebus Messie amplos reditus, & divitias, neque ut vehamur equis, neque vinum bibamus inter suaves Musicæ concentus, prout fatui intelligunt; Sed Prophetæ & Justî expetierunt dies Messie & vehementer eorum fuit desiderium, quia tum congregaturus est justos, & bonum regimen instituet Rex, ac magna ejus possessio, ac distributio sapientiæ*

B

erit,

erit, atque appropinquatio Ejus ad Deum, prout dicitur, Dominus locus
 tus est ad me: Filius meus es tu, hodie genui Te, & servient ei omnes terra,
 propter summam ejus Justitiam, & propter miracula, qua fient per manus
 ejus. (24) (4) Ex Mohammadanis, Phil: Guadagnolus Auctorem Lexici
 و منه قول الله خذ وجل اعصبي
 Exinde di-
 ctum Dei Excelsi ad Jesum cui sint orationes Dei pax, Filius meus tu, ego genui
 te; i. e. alui te. (25) (5) Ex Calvinianis assentitur Piscator ipse ad solum Chri-
 stum decretum illud Divinum Ps. applicans ap. B. DN. D. Dorsch: (26) Ad-
 stipulantur Andr. Rivetus, (27) & Coccejus. (28) (6) Contra Enjedinum & re-
 liquos Socinianos testatur ipse Socinus apud Calovium (29)

(19) In Comment: ad Psalms in h. l. Tom. 2. Opp. p. 7. inqviens: Patres Orthodoxi
 ferme omnes de Christo simpliciter & immediate accipiunt, & interpretantur.
 Addit; sed in Calvini sui gratiam: non paucos, praesertim Recentiorum, de Da-
 vide & Christo, quorum ille typus, hic typi veritas, interpretari. Quorum tamen,
 judicio Calovii in Bibl. illustr. l. c. p. 932. in antiquitate NULLUS, è Recentiori-
 bus prater Calvinum, Pelicanum, & Pareum, non facile ULLUS nominari
 poterit. (20) Conf. B. Joh. Gerhard Exeg. Loc. 3. de Trin. §. 158 (21) in comment.
 in Ps. II. (22) in v. 2. c. 19. Esa. col. 348. lin. 20. conf. Excellentiss: DN. M. BRAND.
 HENR. GEBHARDI Philologi apud Gresswaldenses insignis, Patroni mei opti-
 mi, & Praeceptoris quondam aeternum devenerandi, in tractatu illo elegantissimo:
 Judaeos sui Pedagog: ad Christ. c. 6. §. 3. (23) in C. 10. Sankhedrim ap. Dorsch: l. c. p.
 73. (24) Plura testimonia peti possunt ex RR. in Tractat: Talmud: Succa c. 5. fol. 52.
 & Breschit Rabba sect 43. p. 27. c. 3. Midras Thillim in h. l. & rursus in Ps. 92. v.
 9. R. Mosche Hadarschan ex R. Iddi, R. Huna, & R. Jchosua sup. gen: XLI. i. item-
 que in Gen. XXXVII, 22. R. Obadiab Haggaaon sic scribit: In hoc Psalmo recenset
 Autor res dierum Messia: Tu es Filius meus. Eodem modo R. Saadia Gann in Dan.
 VII. 13. exponit de Messia! R. Lustan. in Colloqv. Mittelb: & c. Conf. B. Joh. Ger-
 hard: Exeges: l. c. item in LL. Tom: 1. p. Baldus. 332. de Trin: Diss. 6. th. 19 sq. Calov:
 in Bibl. illustr. l. c. B. DN. D. Scherzer. in Colleg: Anti-Soc. Diss. 15. p. m. 171 D.
 Scheid. l. c. p. 39. Helvic: Tom 4. Dissp. Giesf. Diss. 6 p. m. 113. sq. Dorsch: Anti-Tri-
 gland: p. 202. Gesner. & Bak. ll. cc. M. Andr. Pruckner. Vindic. bibl. Part. 2. in
 Ps. 2. p. 203. Polum in Synops: Crit. l. c. p. 487. Carriv. Mellif. c. 5. Galat. arc. verit.
 Cathol. l. 3. c. 6. Hackspan de usu Libr: Rabb. p. m. 344. sq. & in Not. Philol. p.
 8. L'Empereur Prefat: Halichot Olam. Lightfoot. Hor. Ebr. in Joh. c. 5. v. 17.
 Hoornbeek de convincend: Jud. p. 360. Pokoke ad portam Messis à Maimonide
 scriptam p. 360. Excellentiss: DN. M. MUHL: jam Kilonensis Profess. fama
 optima Conspicuum in Dissp. de Messia sed. ad dextr: Patr. sub Moderam.
 B. DN. D. Cladis hab. Giesf. Anno 1687. in proem. p. 6. Havemannii **Woe-
 gelencht** p. m. 455. Geyson Convers. Jud. im Jüdischen Talmud part. 2. c. 5. p.
 m. 364. Imo & ipse Grotius in annot. ad Matth. XXI, 41. hunc Judaeorum largitur
 consensum. (25) Conf. Calov. l. c. p. 934. & Theodor. Hackspan. de usu Libror.
 Rabbini:

Rabbin. libro Nizach. Lipmanni annexo, cap. 2 p. m. 344. & in Not. Philol. part. 2. p. 8. (26) in Pentad. l. c. p. 73. (27) l. c. p. 17. sq. (28) in comment. in h. l. p. 6. (29) l. c. ubi ita Socinus hunc locum accipere videtur in respons. Wujecyko dato c. 2. p. 35. Frequentissime in V. T. scriptum invenitur Christus s. Unctus JEHOVÆ, i. e. Unius illius DEI, tunc etiam, cum de ipso Christo Domino nostro verba fiunt, ut Ps. II. 2. & Ps. CXXX. 17.

§. 7. Thesi huic adversantur illi, qui Personam h. I. intelligunt, vel Davidem simpliciter, vel literaliter Davidem, & Mystice Messiam. Quales sunt Rabбини præsertim recentiores & hodierni. Sic autem R. Lipman: (30) Judæorum Promachus contra Christianos disputat: כִּאֵן הַרְבוּ הַנוֹצְרִים לְהַטִּיחַ רַבִּיִּים כְּלָפֵי מַעֲלָה לּוֹ שֵׁשׁ בֵּן לְאַלֹהִים שְׂנוֹלֵד וּמִפְרָשֵׁי־הַכֶּרֶךְ עַל הַנוֹצְרִי וּמַעֲוָה הוּא בִּידֵם כִּי כָל הַנוֹצְרִים מִזְמוֹר מוֹכִיחַ שֶׁרָדוּ עִצְמוֹ דוֹד עֲצֵמוֹ qvemadmodum verba hæc allegat DN. Grifschmuhrt (31) & ex versione Ejusdem se ita habent: *Hic Christiani contra DEum verba ejaculari solent, quod DEO Filius sit, qui natus sit, & omnia de Nazareno interpretantur; sed error in manu Eorum habetur. Totus enim Psalmus arguit, de ipso Davide intelligendum esse.* Et R. Sal. Jarchi (32) ita interpretatur. נִכּוֹן (33) לְפִי מַשְׁמָעוֹ לְהַשׁוֹכֵחַ הַמִּינִים לְפִתְרוֹ עַל דּוֹד עֲצֵמוֹ לְעֵצוֹן שֶׁנֶּאֱמַר וַיִּשְׁמָעוּ פְּלִשְׁתִּים כִּי מִשִּׁיחוּ וְיִשְׂרָאֵל אֵת דּוֹד לְמֶלֶךְ עֲלֵיהֶם וַיִּקְבְּצוּ פְּלִשְׁתִּים אֵת מַחְנֵיהֶם וּנְפְלוּ כִּירוֹ וְעֲלֵיהֶם אָמַר לְמַדָּר רַגְשׁוּ גּוֹיִם *Secundum sensum ejus literalem rectè (in responsum Minais, sive Hereticis) (34) exponitur de Davide ipso, secundum eum sensum quo dicitur: Et audiverunt Philistæi, quod Israelita unxissent David in Regem super se & congregabant Philistæi castra sua, & ceciderunt per manum ipsius, & de his dixit: Quare fremuerunt gentes? (35) R. Aben Esra, (36) & R. D. Kimchi (37) & de Davide & de Messia interpretantur. Seqvuntur hos Calvinus, Pelicanus, Aretius Felinus, Musculus, Tossanus, Pareus, Cornelius Jansenius Gandavensis Episcopus. (38) & Photinianus Emjedinus, (39) Schlichtingius, (40) & præter hos etiam Hugo Grotius &c.*

(30) In Nizach: à Theod. Hackspan. edit. num. 269. p. m. 148. (31) in Disps. de Messia DEI Filio cap. 1. §. 2. (32) comment. in Ps. II. in init. (33) Hæc quidem Verba; לְפִי מַשְׁמָעוֹ לְהַשׁוֹכֵחַ הַמִּינִים non reperiuntur in editione Buxtorfianâ, nec in Venetis recentioribus; agnoscunt autem Editiones antiquiores, ut duo antiqua MSSa Oxoniensis Bibliothecæ apud Pokok: in Not. ad Portam Mosi p. 321. Scherz. Colleg. Anti-Socin. Disps. 15. p. m. 171. & in System. Theol. Loc. II. de DEO §. 24. p. m. 67. Petav. Tom. 2. l. 2. c. 7. §. 15. Dogmat. Theol. & Hulsemann: in Viridic. Script. Art. 3. §. 1. p. 17. Erasa videntur à Censoribus Christianis, quod profusum

brosum ⁷⁴⁹ *Minim* nomen Christianis affigant; At majori, sunt verba *Poli*, ni fallor, causæ Christianæ incommodo, in *Synops. Critic. Vol. 2. p. 487.* (34) Sic vocant Judæi Christianos ex summo erga eosdem odio, de quo admodum fideliter communicavit nobis *Christ. Gerson Judæus conversus*, & paternæ religionis quam maxime gnarus, in *Jüdischen Talmud. part. 1. c. 24. p. m. 188. seqq.* (35) Itavertit *Scheidius l. c. cap. 1.* (36) in *comment: in Ps. II. in init.* (37) in *comment: in Ps. II. in fin.* (38) Reprehensus hic est ob id a *Francisci Ribera Jესuit: in Ep: ad Ebr: c. 1.* (39) in *h. l.* (40) *Disp: de S. Trin: contr: Meisner: p. 429. conf. de his Dorfb: & Calov: h. cc.*

S. 8. Quod *Rabbinorum ac Judæorum*, exceptiones & argumenta attinet, facilia illa sunt solutu, & jam dudum prolixissime refutata. Breviter quædam repetam: (I) *Excip. contra Probat. II. num. 4. in S. 4.* non illa absolute; sed *hypothetice* esse accipienda, posito scilicet, quod David hoc sit petiturus à DEO. *Rsp.* Conditionatæ huic locutioni repugnat (α) *verborum tenor*, qui *præceptum & concessionem non conditionem* infert. (β) *Ratio vaticinii connexi v. 9.* dicitur enim ibi, quod absolute futurum sit, nempe fore, ut *gentes regat virgâ ferreâ.* (γ) *Conclusio: Osculemini Filium.* Ut enim osculum subjectionis non *conditionatè*; sed *absolutè*, & cum interminatione mortis; ita postulatio antecedens, & hanc subsequens concessio imperii universalis non *conditionate*; sed *absolute* accipienda. (II) *Excip. contr. num. 5. Ejusd. Prob. Considerare hic nihil esse aliud, quam regie fidei se committere.* *Rsp.* Neg. illa interpretatio. Nam (α) non mera hic *fidei concessio*; sed *fiducia præceptio* habetur. (β) *Fidei Davidicæ non debebant se committere, nisi qui erant subditi.* At omnibus, h. e. quibuscunque hominibus præcipitur fiducia in hunc Regem. (γ) præprimis huic glossæ repugnat imperium illud vitæ & mortis in postremis verbis indicatum. *Insiant, multæ tamen sunt gentes e.g. Ismaelita (i. e. Turcæ) & Israelita (i. e. Judæi) non credentes in Christum.* R. (α) Concedo, inde tamen non sequitur, locum hunc non agere de Christo. (β) non hic quæritur de facto; sed de *jure.* (γ) Quamvis increduli non pertineant ad Regnum *gratiæ*; annumerantur tamen Regno *potentiæ.* (III) *Obj. Fremorem Gentium de Christo dici non posse.* Aut enim is intelligendus foret contra *Humanam*, aut contra *Divinam Naturam.* Non contra *illam*, quæ tunc nondum fuit, nec *contr. hanc*, quia nemo de Gentibus Deo bellum movit. *Rsp.* (α) Agitur de utraqve Christi Naturâ. De *Humanâ* per modum *Prophetiæ*; de *Divinâ* ratione *Majestatis* præsentis. (β) Licet non *directè*, tamen *indirectè* Gentes Deo bellum intulerunt, opprimendo nimirum Ejus Ecclesiam, cujus persecutiones sibi appropriat (41) (IV) *Obj. Vincula itidem Christo competere non posse, nec propriè, nec metaphoricè,* quia non fuerit præco *Legis*

gi: *Rsp.* Quid? quod si intelligantur vincula doctrine de Christiana Religione. (42) Namque (a) ipse Christus ejusmodi sibi applicat vincula. *Tollite*, inquit, *jugum meum*. (43) (B) *Hoseas* (44) meminit vinculorum amoris. E. vincula non tantum sunt Legis. Et (γ) Ebraeis familiare est *jugum Regis, jugum Caelorum*, quod est *יגון*. (45) (δ) Videtur hic locutio esse invidiosa. *Stultorum enim pedibus compedes sunt disciplina*, (46) *Credentibus vero precepta Domini sunt levia*. (47) *Objic.* (V) *absurditatem postulationis* respectu Messiae. *Quis enim est cum DEO Patre equalis DEUS, & ejusdem potestatis in gentes & fines terra, is hoc Ps. non postulat.* Atqui *Messias, per nos Christianos, &c.* E. *Rsp.* Conced. tot. argum. in sensu composito, i. e. quatenus est equalis DEUS, s. secundum Divinam Naturam. Verum secundum H. N. seu *כנגד הכשר* (48) secundum carnem petiit, & accepit, quod petiit. *Instant.* Hoc falsum esse, quia secundum carnem nullum plane imperium habuit in ullam gentem. *Rsp.* Habuit utique, licet non plenarie usurpaverit, usque ad ascensionem & Sessionem ad Dextram Patris. Unde nulla argumentatio: *Jesus ante hanc petitionem, aut habuit, quod petiit, aut non.* Si prius, frustra petiit, si posterius, potentia ejus prius fuit angusta, deinde amplificata, quod de DEO dicere absurdum. *Rsp.* Jesus ante postulationem habuit, & non habuit. Habuit secundum Divinam Naturam, quæ hic non petit. Non habuit ratione plenarie *ἑξῆς* secundum H. N. secundum quam petit, & accepit. Non igitur DEI; sed Hominis potentia fuit amplificata (49)

(41) *Ath.* IX, 4. (42) Sic enim interpretatur acutissimus ille *Hipponensium Presul Augustinus* in h. l. per hanc paraphrasin. *Demus operam, ut nos non alliget, neq; nobis imponatur Christiana Religio.* (43) *Matth.* XI, 29. (44) *cap.* XI, 4. (45) *Conf. Bakum* l. c. in v. 3. hujus *Ps.* p. 45. & *Coccejum* in comment. in *Psalmos*, in h. l. p. 7. (46) *Syrac.* XXI, 22. (47) 1. *Job.* V, 3. (48) ut loqui solet *R. D. Kimchi* (49) *Conf. adversus Judæos* præterjam in §. 6. citatos sub num 25. D. F. A. *Osiandri*, in *Colleg. Syst. Theol. Part. 1. Loc. 2. Thes.* 39. p. 417. sq. *D. Scheid.* l. c. c. 5. p. 40. *Havemannii Begeleucht* part 2. c. 7. p. m. 446. sq. *Hoornbek de conviv. Jud.* p. 360 sqq. & *B. DN. D. Mülleri Judæism.* p. 551. sqq. item p. 560. *Junge omnino Vois: Observ: in Proem: pugion: Fid.* p. 125. 129. ubi argumenta Judæorum exaniantur, quæ infra ad voces *הווי* & *ירתיך* recurrent.

§ 9. Nec ullius roboris sunt argumenta *Calvinianorum*, quod ex ipsâ inspectione liquet. Sic (I) *Objiciunt Historiæ veritatem* de Davide, quæ negari nequeat. Eam vero testari, plura ex his evenisse Davidi. *Rsp.* (a) *Neg. Consequ.* Evenisse quædam Davidi quis negat? An vero in hoc *Ps.* de Davide agatur ex intentione *Spiritus S.*? id quæritur. (B) Pari ratione *Phi-*

lippus Añ. VIII. Eunucho quærenti : An *Esa. LIII.* Propheta loquatur de se ipso ; utrum vero de Christo ? respondere debuisset : loqui de Christo, nihilominus tamen etiam de se ipso, tanquam typo ejusdem, cui similia quædam, quæ *cap. illo LIII. Esa.* occurrunt, evenisse veritas historica testetur. *Obj. (II)* Davidem fuisse typum Christi, adeoque necessarium esse, ut ad se invicem inseparabiliter habeant, tanquam umbra ad corpus. *Rsp.* In aliquibus fuisse typum concedo, quando autem, ubi, & quibus in rebus, item quibus in locis & Psalmis speciatim ipsi sit propositum suarum rerum adumbratione delineare res futuras Christi, nostrum non est pro lubitu definire. Committitur igitur petitio principii. Probandum enim prius est, quod in hoc loco à Davide fiat respectus ad hanc typi rationem, & an electio illa Davidis in Regem generationem Filii DEI Æternam adumbrarit ?

Conf. *Egid. Hunn. Calvin. Judaiz. Tom. 2. Opp. p. 641. sq. & in Anti-Pareo Altero ibid. p. 841. sqq. & ex eodem M. Andr. Pruckner. Vindic. Bibl. Part. 2. in Ps: 11, p. 230. sq. it. Joh. Tarnov. Comment. in 10. pr. Psalm. in h. l. p. 39. sq.*

§. 10. *Sociniani (I)* Psalmum historicè de Davide dicunt agere, adducentes pro se *Bucerum, Calvinum, Musculum &c.* *Rsp. (α)* Auctoritates *Buceri* & aliorum nobis non sunt pro rationibus. *(β)* Contrarium evictum est §. 3. & *sqq.* *Obj. (II)* Agere Psalmum de re transactâ vel præsentem non futurâ, adeoque non de Messîâ literaliter. *Rsp. (α)* Concedi id potest, salvâ nostrâ sententiâ, quia Generatio Æterna semper præsens est. *(β)* David agit hic Prophetam, qui futura sæpissime ut præsentia, proponit. *Obj. (III.)* Messiam neque gentibus, neque Judæis unquam imperasse. *Rsp.* Licet non imperet regimine mundano & civili, Spirituali tamen & cœlesti imperat. *Obj. (IV)* Davidem genitum dici, cum honorem regium consecutus est, adeoque de eodem Psalmum esse interpretandum. *Rsp. (α)* Nomen Filii DEI, & genuite, proprie non figurate hic sumendum est. Citra enim cogentem necessitatem ad figuram recurrere in locis classicis fidei non licet, judice ipso *Smalzio*, (50) ut melius infra patebit. *(β)* Davidis electio nunquam dicitur generatio. *(γ)* Aperte hæc constitutio Messîæ Regis in monte Zion à generatione discernitur ; & Generatio ab Imperii concessione per omnes terræ fines. *Obj. (V)* Agi de Filio inferiori Patre, utpote Rege constituto, & postulante ab eo gentes in hæreditatem. *Rsp.* Secundum H. N. hæc intelligenda sunt, Sicque nihil contra nos. (51)

(50) Qui id vocat é *Scripturâ hædum atque jocum facere.* (51) Plura vid. ap. *B. DN. Calov. System. LL. Theol. Tom. 3. Art. 3. de Filio DEI s. 3. qu. 3. p. 639. & in Bibl. illustr. in Ps: 11. p. 272.*

§. 11. Fluit

§. 11. Fluit igitur ex hisce per se, Personam hoc loco concionantem nullam esse aliam, quam secundam Trinitatis Personam, quæ v. 2. hujus Psalmi venerando illo nomine כִּישׁוֹב insignitur. Quippe quod est nomen officii (52) illius, descendens à Radice כִּישׁוֹב quod idem est ac *ungere*, interdum etiam idem, ac *ungendo polire*. Inde & *Arabum* عُور & *ungere* est, & *tergere*. (53) *Metonymicè* & *Synecdochicè* est (1) aliquem publico muneri præficere. (54) (2) aliquem excellentissimis Spiritus S. donis ad obeundum munus, ad quod vocatus est, necessariis, ornare. (55) (3) Aliquem tum muneri cuidam præficere, tum donis ad illud necessariis instruire, ita ut duo simul complectatur: (a) destinationem s. vocationem ad aliquod munus. (b) Donorum ad id collationem. (56)

(52) Est hoc nomen non *proprium*; sed *appellativum*; seu vere officii nomen, sicut recte *Tertullianus* adversus *Praxeam* dicit: *Christum non esse nomen, sed appellationem*. Conf. *Flacii Clav. script. ad vocem. CHRISTI* p. 116. Nomen autem *proprium* ac *genuinum* *Savatoris Nostri* fuit *JESUS*, *JESUS* est nomen *Gloria*, *CHRISTUS* nomen *gratia*, illud nomen, hoc cognomen, ap. B. DN. D. *Affelmann. Syn-tagm. part. 1. p. m. 140.* (53) Conf. B. DN. D. *VAREN. comment. in Esa. part. 2. orat. 8. p. m. 162.* (54) Nempe eum consiliare vel in *Sacerdotem summum* 1. *Chron. XXI 12.* vel in *Prophetam*, quomodo *Phrasis* accipienda videtur 1. *Reg. XIX, 16. ex collatione cum v. 19. Es. 20.* vel in *Regem* 1. *Sam. XV, 17. 2 Sam. II, 4. 7. c. XIX, 10. 1 Reg. V, 1. Es. c.* Sic quoque *Cyrus* vocatur *Unctus Domini* *Es. XLV, 1.* Sive, quia ad imitationem *Israelitarum Persici Reges* etiam inungebantur, s. quia & fidelis erat *Ecclesiæ comes*, & seorsim à Deo ad patrociniū ejus contra ingentes difficultates consecrabatur, juxta *D. Dorsch. Pentad. Diss. 2. §. 7.* (55) Sic Deus dicitur unxisse Christum *Pf. XLV, 8.* & fideles *2 Cor. I, 21.* qui etiam inde dicuntur accepisse *Unctionem*, i. e. *Spiritum S.* 1. *Joh. II, 20. 27.* (56) Sic accipitur hæc *Phrasis*, quando Deus dicitur unxisse Christum *Es. LXI, 1. seqq.* Conf. *Petr. Ravanel. Biblioth. Sacr. Part. 2. ad Vocem: UNCT.* p. 869. *Edit: Genev.*

§. 12. Est inde *Unctio*, quæ potissimum duplex: vel *Communis*, vel *Specialis*. *Communi* *Unctione* utebantur *prisci* vel ad reficiendum, (57) vel ad ornandum, (58) vel ad funerandum mortuos, (59) vel ad sanandum vulnera. (60) vel ad purgandum oculos, (61) vel ad tergendum scuta. (62) *Specialis* seu *particularis* *Unctio* adhibebatur vel ad res; (63) vel ad *Personas*. (64)

(57) Sic ungebant se post finitum luctum 2. *Sam. XII, 20.* in læticia *Ruth. III, 3.* atque adeo mos olim erat ungere pedes Hospitum *Luc. VII, 38. Es. 46. Joh. XII, 3.* seu ungere caput & pedes eorum *Matth. XXVI, 7. Marc. XIV, 3.* Sic adhibere solebant unguenta in conviviis lautioribus, ut colligere est ex *Amos VI, 6. Ezech. XXIII, 41.* sic *Pf. XXIII, 5.* Deus comparatur Hospiti, convivas suos unguento reficienti. Ita etiam legimus in historiis, milites oleo se inunxisse contra frigus, præsertim *L-*

visus id refert de *Hannibalis* militibus in conflictu ad *Trasimenum*. Spectat huc
 quoque illa Unctio *tempore jejunii* *Matth. VI, 17.* à Christo præcepta, evitandæ hy-
 pocriticos gratia. Nam Hypocritæ deformare se solebant in jejuniis. (58) Sic olim
 feminæ ungebant se oleo myrrhino ad ornatum, quod facere consueverant Uxores
 ducendæ à *Regibus Persarum* *Esth. II, 12.* & alias quoque feminas se unxisse patet ex
Ruth. I. c. & alluditur ad hunc morem *Ezech. XVI, 9.* (59) olim enim ungebantur
 corpora Mortuorum *Genes. L, 2. 3. & 26. Marc. XVI, 1.* (60) Alluditur huc *Esa. I,*
6. & Luc. X, 34. (61) Oculi enim collyrio uncti clariore reddebantur, conf. *Apo.*
III, 18. (62) Olim enim in bellis Clypei pingvedine ungebantur, ut nitida Clypei
 superficies non facile jacula & ictus armorum quosq; susciperet. *Virgil. 10. Æneid.*
Et tergo decutit hastas. Conf. *Edoard. Leigh. Equit. & Propos. Oxoniens. Critic.*
S. maximam partem anglice script. Et ab Henric. à Middoch. in lar. veris: in voc.
ΠΥΘ p. 131. Hinc *ungere scutum*, ponitur pro: *parare arma adversus hostes* *Esa.*
XXI, 5. conf. *B. D. VAREN. l. c.* (63) Dicebatur hæc Unctio *Leviticæ*, quæ res ad
 divinum cultum spectantes inungebantur, ut vasa tabernaculi &c. *Exod. XXIX,*
29. Levit. VIII, 10. Num. VII, 1. (64) Vocatur hæc Unctio *B. DN. D. Dorscho*
l. c. Unctio inauguralis. Quemadmodum olim apud populum Domini unge-
 bantur *Sacerdotes, Reges, & Prophete*, adumbrantes triplex Messie Officium. Conf.
Flac. Clav. script. voc: CHRIST: p. 116. & Petr. Ravanel. l. c. Unguenti hujus mi-
randam & pretiosissimam preparationem, & Unctionis modum ex Antiquitate
Ebraicâ optime exposuit Guil: Schickard in jur. reg. Ebr. c. 1. Theor. 4. p. 63. 19.
Edition: Carpzov: Id adhuc notandum, fateri *Rabbinos* inter ea, quæ in secundo
 templo defuerunt, *oleum* etiam sanctuarii fuisse, quod tamen magni illius ungenti
 Salvatoris typus fuit, unde vicinia ejus adventus indicata. Spectat huc quoque
 Unctio *Spiritualis*, quâ gratuita nobis conferuntur dona *2 Cor. I, 21. Joh. II, 20. &*
27. Conf. *B. Dorsch. Pentad. Disp. 2 §. 7. p. m. 74.*

§. 13. *Filio DEI* quando Unctio tribuitur, à quâ *MESSIAS*, & in græ-
 co *CHRISTUS* (65) appellatur, sit id in sensu plane *Singulari*, (66) occasio-
 ne à veteri *Reges, Prophetas, & Sacerdotes* inungendi more desumptâ, ut adeò
Christus, ad typum hujus Unctionis respiciendo, notet *Regem, Sacerdotem, &*
Prophetam Unctum, seu in hæc officia inauguralum. Et ut causa Reges un-
 gendi fuerat, ut quemadmodum oleo membra humana ad operationes suas
 habilia reddebantur, ita & Reges inauguratione istâ crederentur aptitudi-
 nem & virtutes imperandi accipere: ita & Christus intelligebatur per hoc
 nomen secundum *H. N.* à Divinitate sibi unitâ accipere omnia axiomata
 divina, quibus officia sua ad Redemptionem generis humani obire posset.
 Unde & hoc nomen *Antiquitati* creditum fuit totum denotare *Christum*,
 i. e. *Utramq; ejus Naturam, Divinam Ungentem, & Humanam Unctam:* τὸ
 ὄνομα χριστὸς ἢ συνάμφοτερον ὀνομαζόμενον, quod recte deducitur ex *Pf. XLV, 8.*
 Quæ nupere nos docuit *Magnificus meus DN. PRÆSES.* (67)

(65) *CHRISTUS* est à græco χριστός ungo, quemadmodum *Ἰουδαῖοι* *Hellenista* primum
 trans-

transtulerunt; postea v. in odium Christi novum εἰλημμένον reddiderunt, ut *Canin. in l. Ebr. XIII, annot.* quod *Χρηστὴν* & latine *Chrestum* pronunciarunt. *Festus. Martyr. Apol. 2. Tertull. Apol. c. 3. Lact. l. 4. in Istis. c. 7. Tacit. l. 15. Annal. Sueton. Claud. c. 15. Lucian. in Philopat. Plin. ep. 109. ad Trajan. & Orosius l. 7. c. 6.* Quidj ex Ebraeo: מִשַׁח ad græcam linguam deflexum Μεσσίας effertur, eliso per Synopem מ & addito σ formativo nominis, pro more plerorumque nominum Orientalium, in græcismo hanc terminationem accipientium, ut: *Hannibal Ἄννιβάρης, Hasdrubal Ἀσδρουβάρης, Goliath Γολιάθ* &c. significantque tria hæc nomina: *Messias, Christus, & Unctus*, unum idemque. Conf. *Waser. de antiquis Ebraor. l. 2. c. 13. Drus. l. 9. obs. c. 9. Dorsch. l. c. §. 13. p. 76.* (66) dicitur enim ita *Filius Dei κατ' ἐξοχήν*, & modo speciali. oportet igitur Unctionem esse Specialissimam & Singularem. Conf. *præter Ps. II, 2. etiam Dan. IX, 25. 26. Joh. II, 92. c. IV, 25. vid. & Livelius in chronol. s. interdum nude ponitur, interdum cum addito: מִשַׁח בְּרוּחַ* Et hoc etiam confitentur antiquiores Judæi. Conf. *Lightfoot Harm. part. 2 & Leigh. Critic. s. voc. מִשַׁח p. 131.* Unde & Chaldaus Paraphrastes in iis locis V. T. ubi de benedicto semine sermonem esse ratus est, inseruit מִשַׁח c. g. *Gen. XLIX, 10. Num. XXIV, 17. Esa. LIII, 1. Mich. V, 1. &c.* Nom en alias est Antiquis usitatissimum, ex solo Targum LXXI. loca, in quibus nomen MESSIÆ legatur, numerat *Magnif. DN. D. VEIEL* *Umensum ille Præsul famâ celeberrimus, ex Buxtorf. Lex. Chald. Talm. Rabb. in Diss. sua inang. Argenterat. sub Præsidio Magni quondam DANNHÄUER. hab. Ann. 64. p. m. 4. Prophetis, Regibus, & Sacerdotibus* quomodo tribuatur ex superioribus patet. Conf. *Leigh. l. c. (67) in Collegio Theologico Thetico-polemico c. 17. de Christo §. 3.*

§. 14. Hæc autem MESSIÆ Unctio non est (1) *Æterna ad Redemptionis officium ordinatio*, quia hæc æterna, illa facta in tempore. Conf. *Feuerborn: (68)* Nec est (2) *ipsa Personalis Unio*, præcise considerata, quippe Unctio amplius quid continet, quam ipsam infinitæ subsistentiæ communicationem, qvanquam illa hujus sit principium & fundamentum. (69) Neque (3) *est finitorum tantum donorum collatio*, quia Spiritum non ad mensuram accepit, (70) & plenitudo Deitatis habitat in ipso *σωματικῶς* (71) Sed est (4) *secundum Feuerborn (72) Locupletissima divina donatio, in qua Christus ut Homo in tempore jam statim à primo Conceptionis & Unionis Personalis momento à Deo Patre suo ex gratia, donis increatis & infinitis est ditatus, ut in nostram salutem officium suum propheticum Sacerdotale & Regium posset expedire.* (73)

(68) *Fascic. 3. Diss. s. th. 25. 26. p. 265. sq. & th. 32. p. 268.* (69) Male hic iudicio *Dorschel l. c. p. 74.* censent, qui putant *Cyrium Alexandrin: & Damascen: illum* quidem de *Trin: c. 22. hunc autem l. 3. d. O. F. c. 3* *Unionem personalem cum Unctione confundere.* Manifesto enim *oleum*, quo Unctus est Christus Homo, totam plenitudinem Deitatis per *περιχώρησιν* intimam & secretissimam superfusum, ambo

ambo nominant (70) *Joh. III, 34.* (71) *Coleff. II, 9.* Conf. *Egid. Hunn. Tom. I, Opp. de Personâ Christi. p. 170.* & *Feuerborn: l. c. th. 33. p. 269.* item *Dorfeb. l. c. (72) l. c. th. 27. p. 266.* (73) *Tannerus* *Uractionem* tantum per *exhilarationem*, & *tranquillitatem Conscientiæ* in Christo ex *Ambrosio* definit. Sed contradicit *Scripturæ Act. X, 38.* *Bellarmino l. 4. de Christ. c. 2.* & *Ambrosiastrum*, i. e. *Spurium* pro vero obtrudit. *Comment. n. in epp.* tanquam *Ambrosii* adducunt quidem *Bellarmin. c. l. cap. 14. l. 1. de P. R. c. 25.* *Rhemenses annot. 1 Cor. III, 15.* *Alanus Copus defens: Purgat: c. 7.* sed alii *Pontificii* non agnoscunt. Conf. *Fr. Lucas annot: in Gal. III, 1.* *Maldonatus in Matth. XIX, 19.* *Lowanienses in cens: in August: Baron: T. V. Annal. Ann. 397. n. 38.* Conf. *Rivet. Critic. sac. p. m. 321.* & *Coci Censur. p. m. 275.* seqq. plura vid. ap. *Dorfeb. Pentad. Diss. 4. §. 16. seqq.*

§. 15. Considerato sic *Concionatore*, progredior (II) ad *Concionem ipsam*, circa quam (1) *Ejusdem actus*, (2) *Summa & Materia* exponitur.

§. 16. Quod (1) *actum* concernit, proponitur iste statim in initio sub voce : **מְדַבֵּר** *Recensebo, enarrabo, predicabo.* Quæ h. l. in primâ *Personâ*, & tanquam in novâ *Oratione* efferenda est. Notanda igitur hic est *Syriaca Versio*, quæ habet : **ܢܘܨܬܘܢܘܬܐ** ut enarret in *tert. Pers. Euc. Ethpaal* cum præfixo **ܐ** sensu quidem manente eodem. Loquitur enim de Rege, quem DEUS præfecit monti Zion, quod ille nimirum sit, qui enarraturus sit; *Personâ* tamen mutatâ, quæ loquitur. Sic enim non *Filius*, ut in *Ebræo* textu; sed *Pater* de *Filio* loquens introducitur. Pari ratione etiam *LXX. Interpretes* confuderunt hic *Personas* loquentes *v. 6. & 7.* & quemadmodum *Syrus Patrem*, Sic *LXX.* solum *Filium* loquentem introducunt, incipientes *v. 7.* cum participio : **Διαγγέλλων** referente se ad *preced. v. 6.* **Εὐὰ δε καὶ σαδὶθην βασιλεὺς.** Cum quibus pariter erravit *Vulgata*, quicquid etiam ogganniat *Bellarminus*, (74) refutat. à *Magno quondam Nostro VAREN.* (75) & *Wasmuth.* (76) Eodem quoq; laborant vitio *Arabica & Æthiopica versiones:* Ceterum *Ebraicum*: **מְדַבֵּר** est à **דבר** in *Kal* significans : *numeravit* : In *Piel*, uti h. l. *numerato*, s. *exakte & ordine recensuit, predicavit, vel enarravit*, quia *predicans & narrans sigillatim* omnia refert, ac si unum post aliud numeraret, inde extenditur ad *recitationem rerum auditarum*, quo *schema te etiam utuntur Galli*, quando *narrationem* vocant : *un compte, & narrare* : *compter, raconter, & Angli tell.* secundum *Andr. Rivet.* (77) & *Edoard. Leigh.* (78) *Ludovicus de Dieu* (79) testatur, quantum ipse sciat, in *Piel* nunquam pro *numerare* sumi; sed *enarrare, nunciare, & indicare* esse. In *Scripturis* tribuitur hoc verbum (1) *creaturis*, etiam illis, quæ *objectivæ & per modum monumenti & memorialis* aliquid exponunt, ut : *Pf. XIX, 1.* (2) *Creatori*, sicque signifi-

significatur (a) *actus aeternae gratiosae Prædestinationis* Luc. X, 20. (80) (b) *Actus temporalis potentis ac sapientis gubernationis*, Hiob. XXXI, 4. cap XXXVIII, 21. (c) *Actus specialis divinæ Conservationis*, Exod. XXXII, 32. (d) *actus gratiosæ officii Christi Prophetici*. Ps. XXII, 23. Conf. B. DN. D. Dorst. (81) Inde פֶּסֶק liber. (82) vel *aeternæ Præscientiæ & Θεσφορας* Ps. LXIX, 29. Apoc. III, 5. vel *curæ ac providentiæ Specialis* Ps. LVI, 9. Mal. III, 16. vel *genealogias* Gen. V, 1. Matth. I, 1. vel *Scripturæ Canonice* Deut. XXXI, 24. 26. Dan. IX, 1. Conf. Flac. (83) Hinc, quando MESSIAS Noster dicit: פֶּסֶק tunc recipit in te opus aliquod annunciationis cujusdam publicæ, fidelis, indefessæ, suoque Patri honorificæ, ut & humano generi salutaris, in libros Canonicos omnino recipiendæ & pro summo fidei articulo habendæ.

(74) Sic enim contendit in h. l. LXX. Græcos correctioribus usos esse codicibus Hebraicis, quam hodie (hypothesi Capello-Vossianâ, addit Wasmuth:) probabile igitur esse, lectionem Vulgatam veriore esse, quam eam, quæ in Codicibus Hebraeis. (75) in Triumf. Regal. David: in h. l. ubi ostendit, quomodo Vulgata tribus illis magnis accentibus vim inferat, ex hæc regulâ; Nullus sensus Biblicus fuit per Siluk & Soph Pasuk, ita ut demum ster in Fivo Merca. (76) in Vindic. Ebr. part. 2. Loc. 9. (77) comment. in Exod. c. 24. v. 3. Tom. 1. Opp: p. 1098. (78) in Critic. S. ad Voc. פֶּסֶק p. 161. (79) in Ps. XXXI, 18. (80) apud Interpret. Syriac. est פֶּסֶק huic פֶּסֶק respondens (81) Pentad. Diss: 2. §. 14. (82) פֶּסֶק tria significat. (1) numerum, & hæc est propria significatio. (2) eleganter est narratio, quasi aliis alicujus rei narratio. Quia vero præsentibus voce fit enarratio, absentibusque scripto, hinc (3) satis ornate eam librum, literas, epistolamve significat, quasi diceret, quibus inest alicujus rei enumeratio, vel narratio. Brix: in Arcâ Noavid. Jun: in Matth. cap. 1. Propriè videtur significare recensonem; sed per Metonymiam Adjecti librum, in quo recensio annotatur, ac tum Synecdochice quemlibet librum. Piscat. in cap. 1. Matth. Rivetus à Sepher dictam etiam putat esse Sappir, Saphyrus, i. e. à numero, propter varias illius stellulas, quæ in eo micant. Conf. Ed. Leigh. Crit. S. l. c. Id adhuc notandum; quod quando DEO tribuatur פֶּסֶק s. liber, propriè id fieri nequeat. Libros enim homines habemus, ob memoriam labilem; non DEUS. Utitur autem Scriptura hæc metaphorâ, s. ἀνθρώπων παθεῖα, ut rem ipsam majori ἐνεργεία humanis oculis subjiciat, aut se alioqui magis ad Hominum captum accommodet. Allusio est ad morem Regum, & aliorum Gubernatorum qui ne præ multitudinem negotiorum obliviscantur, curant annotari res agendas, & singulorum etiam, vel reorum, vel bene meritorum, bona malave facta, eaque sibi tempore in memoriam redigi, quo suo tempore singula exequi in suo regimine commode possint. Conf. Flac. Clav. Script. voc. LIBER, p. 579. & incomparabilis illius Philologi Argentoratensis Magnif. DN. D. Schmid. Diss. de Phras. Script. deletionis è Libro vite. Membr. 2. §. 13. p. m; 20. (83) l. c. p. 573.

§. 17. Denotatur ergo hic *Officium Christi Propheticum*, quo generatim nobis voluntatem DEI quam sufficientissime annuntiavit, *speciatim* ve-

20. Evangelium prædicavit *Esa. LXI. 1. 2. 3. Luc. IV, 18. seqq. Esa: LII, 7. & vere legem interpretatus est Mal. III, 12. Matth. V, 20 seqq.* quod fecit partim ipse immediate & אֲדָוָה עַם וְנָשָׂא in diebus carnis suæ; partim mediâ operâ vicariâ Apostolorum, eorumque, qui illis succedunt, usque ad diem novissimum; (uti nos docet *B. DN. D. J. Fr. KONIG, (84) B. mei Parentis & in Matrimonio & in Officio Antecessor*) Ut ad eò respectu Officii hujus merito vocari possit סופר i. e. *SCRIBA*, & quidem in sensu eminenti, s. *Cancellarius* totius SS. Trinitatis, sicut est ὁ λόγος Orator & Legatus Dei *Job. I, 1.* Huc apud *B. DN. D. Dorsch. (85) Ex Patribus Athanasius, Cyrillus, Gregorius M.* aliique accommodant *Pf. XLV, 4.* ubi David linguam suam vocat סופר טוּ quem *velocem Scribam* volunt esse Christum (86) de quo in immediate subsequentiis pereleganter cantat. Ita quoque *Theophylactus, & Euthymius Zigabenus* volunt, Christum se vocare. סופר *Scribam doctum ad Regnum Cælorum, Matth. XIII, 52.* Est autem *Scriba*, nomen *Dignitatis*, seu *auctoritatis*! Sic per *Scribas convocantes* stylo intelliguntur illi, quorum auctoritate, secundum *Junium*, conventus habentur, & quibus populares unis literis ad se transmissis obsequuntur. Atque intelliguntur adeo *Viri primarii: Judic. V, 14. (87)* Est & hoc nomen *Officii publici*, cujus respectu, secundum *Petrum Ravanelum (88)* in tres classes dispescuntur: *Una* erat eorum, qui Regibus apparebant, quodcumque tandem Eorum munus fuerit 2 *Sam. VIII, 17. c. XX, 25. 2 Reg. XVIII, 8. &c.* *Alter*a Eorum, qui Privatorum contractus, & instrumenta videntur descripsisse. *Ezech. IX, 2. 3.* (quos *Notarios* vocamus) cui studuisse *Cinæos* probatur ex 1. *Chron. II, 55.* *Tertia* Eorum, qui erant *Juris Divini*, seu *Sacrarum* literarum periti (quos hodie *Theologos* vocamus) 2. *Chron. XXXIV, 3. Nebem. XIII, 13.* quo nomine laudatur *Esa. cap. VII. 6. Nebem. VIII. 1. (89)* Quod officium in *V. T.* præfigurasse *officium Christi Propheticum* non improbabile videtur.

(84) In *Theol. Positiv: part. 3. §. 206. sqq. p. m. 199. (85) Pentad. l. c. §. 17. (86)* De nominationem hanc confirmare etiam videtur *Targum*, quando vocabulum נכין uti Christum vocatur *Deut. XVIII, 15.* interdum vertit per סופר vid. *Dorsch. l. c. סופר* I, *velox* dicitur *Scriba*, quia temporis inter vallo non indiget. Ein ungeübter Schreiber mahlet langsam / unde proverbium: Böse Zimmerleut verderben viel Holz; und böse Schreiber viel gutes Papier; sed Messias noster aliter, *velociter* nimirum, non adeo atramento in chartam, quam verbo in corda *velociter, jucunde, cumque solatio, penetrando animos.* Tabulæ Moſis perhibentur ab ipſo scriptæ, ut literæ lapidem penetrarint, ut ex alterâ etiam parte scripta legi potuerint, non sine miraculo. *R. Salom. in c. 32, Exod.* velocium etiam Scribarum meminit *Joan à Wever*

Wover de Polymath. c. 5. p. 49. sed Christus adhuc longe penetrantius, & velocius Conf: Bakum in Comment: ad Psalm. XLV, p. 535. (87) Alii hoc loco per *trabentes stylo*, scribas intelligunt eos, qui scribere soliti sunt, atque adeo illos, qui dediti sunt otio literario. vid. *Petr. Ravanell. Biblioth. S. Part. 2. ad voc. SCRIB:* p. 225. (88) *l. c. p. sq.* conf. de Scribis, eorumq; generibus *Hermann. Hugon. de prima scribendi Origine* c. 32. p. 199. (89) סופר מוהיר appellatur *Efra*, procul dubio, quia optimam de rebus Sacris habuit notitiam, quam exposuit in studio illo Biblico, cum allatis optimis codicibus, passim à vulgo disiectis (non tamen plane amissis), contrarium enim patet ex *Dan. IX, 1.* accuratam legis dedit *אודמות*, addens historias sequentium temporum cum propheticis libris, & iis poetis, qui auctoritatem obtinebant. Quà de materiâ plura invenies ap. *B. DN. D. Brochmand. in System. Theol. Part. 1. Loc: de Script: S. c. 2. qu. 6. p. 16. Edit. in fol: Conf: Nobile illud par de omni antiquitate meritissimum, Magnif: DN. D. KORTHOLT Kiloniense, & Magnif: DN. D. PFEIFFER. Lubecense, Decora. illum in insigni tractatu de Variis Edit: Script. S. c. 1. p. 1. sqq. Hunc in Aureâ illa Criticâ S. c. 2. sect: 2. qu. 1. p. m. 39. sqq. Rivet. Isagog. S. p. 69. sq. Chamier. Panstrat: Cathol: Tom. 1. p. 426. Hotting: Theol: Philol: l. 1. c. 2. q. 1. p. 112. sq. Mayer. Philol: S. part. 1. p. 83. B. DN. D. DORSCH: Pentad: Diss: 2. §. 15. & in Theol: Zach: Part. 2. Diss: 2. §. 35. An vero *Efra* etiam hoc suum meruerit encomium in mutandis antiquis Ebræorum literis, disputatur inter Philologos. A Negantium partibus stant: *B. DN. D. Joh: Gerhard: Exeget: Loc: 1. c. 6. §. 115. p. 128. sqq. Brochmand: l. c. qu. 8. p. 17. Calov. in Critic: S. Diatrib. q. p. 92. Magnif: DN. D. PFEIFF: l. c. c. 4. Sect. 2. qu. 1. p. m. 100. sqq. & in Introd. in Orient. p. m. 50. sqq. B. Wasmuth: in Vindic. part. 1. c. 5. p. m. 33. sqq. Hug: Broughton: in concent. S. Script: p. 126. Dan: Schwenter. in Arcâ Noë. Rob: Bailius Anglus in Opere Histor. Chronol: Bangius in Cæl. Orientis. Exercit: 3. p. 209. sqq. Fullerus Miscell. l. 4. c. 4. Hotting. Exercitat: Anti-Mer. Lemden. Philol. Ebr. Diss: 11. & 12. Lightfoot Hor: Ebr: in Matth: V. Buxtorf: de literis. Theod. Bibliander: in comment: de opt. Gen: Ebr: Gramm: p. 26. sq. Francisc. Fun. ad libr. 2. Bellarm. de V. D. c. 1. & c. Contrarium defendunt *Capellus in Arc: punct. rev. ab Erpenio sub occultato nomine edit. Lugdun. A. 1624. Walton in Proleg: 3. ad Opus Anglic: & Dissert. de Lingg. Oriental: p. m. 28. sq. & tr. de Sicilia p. 36. sq. Edyv. Breverwod: de pond. & Numm: SS. c. 2. Waser. de Numm. l. 2. c. 3. Scalig: Animadv: ad Euseb: p. 62. & 103. & in Ep. ad Thomasonum, & Ubertura. Bochart in Phaleg. Joh. D' Espeires tract. 1. de Bibl. Ebr. dub. 1. Drusus ad Exod: c. 36. H. Grotius, Angelus Roccha à Cam. Villalpand. P. Galatinus, Sixtin. ab Amama; Postellus, Casaubonus Bellarm. aliiq; Quam controversiam heic decidere non est mei instituti; sed eandem aliò refervo.***

§. 18. Post actum expono (2) *Concionis hujus summam & materiam* Est hæc *קח* illud, cujus in textu mentio fit, sub verbis *קח-אל* ubi priori loco apparet particula *אל* de qua non admodum inter Philologos convenit. Coccejus (90) explicat per *ad*, notans hic congruentiam & proportionem rei ad rem, (91) *Genebrardus*, aliiq; legunt *אל* & volunt esse nomen

DEI ita quoque accepisse videntur LXX. Interpretes qui habent $\tau\omega\ \alpha\epsilon\upsilon\gamma\mu\alpha\ \tau\delta\ \kappa\upsilon\sigma\iota\varsigma$, ita: *Arabs*, quæ tamen interpretatio repugnat partim *punctationi* (92) partim *Grammaticæ*. (93) *Henricus Möller, Hamburgensis* (94) explicat cum aliis per *de*. Alii particulam eandem *redundare* putant. Alii cum *Kimchio*, (95) putant esse *notam Accusativi Casus* (96) & convenire cum *Arabum particulâ*: \aleph quæ nonnunquam etiam nota *Accusativi Casus* est, & cum *Syrorum*: \aleph quæ itidem interdum nota *Accusativi* est. Alii aliter exponunt. Conf. *Polum* (97) *Scheidium*. (98) & *Jac. Raupium* (99) &c. Si quædam hic sententia eligenda, videtur una ex duabus ultimis arripienda esse, quia ita Verbum: \aleph in S. Codice plerumque constituitur, aut absolute sine particulâ (100) & sic \aleph h. l. redundaret, quod & in aliis fit. Conf. *Glass.* (101) aut cum *particulâ*: \aleph (102) jam vero \aleph sæpius ponitur pro: \aleph (103) & vice versâ teste *Galatino* (104)

(90) In *Comment. in Pl. in h. l. p. 9.* (91) Sic sensus secundum *Coccejum* est duplex (a) *Narrabo ad legem*, h. e. mea narratio erit in legem (b) *Narrabo secundam scripturam*, & modum certum, tanquam legem. l. c. (92) Non enim hoc loco cum (c) sed cum (c) legitur (93) quia secundum *Grammaticam* regimen debet precedere non sequi, foretque: \aleph \aleph non: \aleph \aleph (94) In *Enarrat. Psalmsorum in h. l. p. 41.* (95) In *libr. Radic.* (96) ita explicant *B. Calov: in Bibl. inllstr: in h. l. p. 936.* & *Buxtorf. in lex: Ebr. Chald: p. m. 27.* & 256. & *Andr. Rivetum in h. l. T. 2. opp. p. 17.* secundum quem articulus iste subjunctus verbis Activis, ut h. l. notat *Accusativum*, ita tamen, ut etiam vim *pronominis* induat, *græci articuli* more, qui ad *emphasin* sæpe additur, ad rem aliquam singularem designandam, ut h. l. illud, vel ipsum decretum sit vid. & *Hackspar. Not. Philol. part. 2. in h. l. p. 7.* & *de usu libror. Rabbin: c. 2. n. 33. p. m. 315.* (97) In *Synops. Critic. l. c. p. 498.* (98) l. c. ad h. l. p. 25. sq. (99) In *Biblioth. Portat. l. 3. part. 3. p. 262. in h. l.* (100) ut *Pf. XXII, 13. Pf. XLVIII, 13.* pluraloca videbis in *Concordanti: Ebr. Buxtorf. ad vocem: \aleph .* (101) In *Philol. S. l. 3. tr. 6. can. 5.* (102) ut *2 Sam. XIV, 19. 2 Reg. VIII, 95.* (103) ut *1 Sam. XXI. 2-Ef. XXXVII, 19. Jerem: IV, 23. c. X, 2. Conf. B. Calov. & Hackspar. l. c. (104) l. 6. c. 9.*

§. 19. Sequitur Vocabulum \aleph & derivatur à $\aleph\aleph$ quod est *insculpere, inscribere* (105) Sicque proprie, secundum *Edoard. Leigh.* (106) significat *insculpere, inscribere, stylo ferreo*, ac idem est, quod *græcum $\chi\alpha\epsilon\gamma\iota\tau\alpha\upsilon$ insculpere*. Hinc eleganter sumitur pro *decernere, statuere legem insculpere*. Inde *Ebræum \aleph* denotat interdum aliquid *decreti, vel statuti* communiter. Nonnunquam significat *victus rationem*, quam quis sibi veluti decernit, & præscribit, ne eam transgrediatur (107) Alibi significat *decreta & constitutiones circa DEI cultum*. (108) Aliis in locis in sensu generalissimo sumitur pro *ritu, ac ratione quacunq.* (109) Hoc loco à *Chaldæo*

verti-

vertitur, & Syro per **כִּתְבֵי** pactum, statutum, à **כִּי** juravit, decrevit, constituit, Arabs in Bibliis Anglicanis vertit per: verbum; Maronita per: **سَمِيحًا** Testamentum, fœdus, pactum, statutum, à Radice: **وَتَق** statuit, decrevit, stabilivit. (110) Lutherus vertit: Ich will von einer solchen Weise predigen. (111) Interpretes latini plerumque per statutum, vel Decretum expriment.

(105) Quia in tabulas referebantur, & insculpebantur, quæ observanda essent omnibus, ut apud Romanos in æs incidebantur, juxta Mercerum. (106) Critic. S. voc.

כִּתְבֵי p. 76. (107) Prov. XXX, 8. Tremell. vertit. demens mei. (108) ut constitutio de Paschate Exod. XII, 24. 43. de adornatione lampadam Exod. XXVII, 21. de Sacrificiis Levit. III, 17. &c. Unde Ebraicis usitatum est leges ceremoniales vocare

כִּתְבֵי ab hâc Rad: **כִּתְבֵי** constituit res alicujus formam, impressit imaginem, quia ceremoniæ Leviticæ fuerunt typicæ, Christum & beneficia ejus potissimum adumbrantes. Conf: Ed. Leigh: l. c. (109) Esa. V, 14. Judic. XI, 41. &c. Conf: Buxtorf: Concordant: Ebraic: ad hanc vocem. (110) Conf: Jacob: Goli Lexic: Arab: p. 2620. Edit: Lugdun: A. 1673 (111) quod in glossâ marginali ita interpretatur:

Von einer neuen Weise / d. i. die neue Lehre des Evangelii von Christo Gottes Sohn.

§. 20. Præterea adhuc de voce hâc observandum erit, quomodo in textu construenda, an in regimine cum seq. voce **יהוה** ponenda? Utrum vero in hoc posito: **כִּתְבֵי אֱלֹהֵי מִסְפָּרָה** subsistendum sit? Priorem constructionem habent multæ versiones; sed cum B. DN. GEIERO, (112) & B. DN. D. VARENIO (113) arripienda omnino videtur ultima sententia, quâ **כִּתְבֵי** extra regimen cum **יהוה** ponitur, propter Accentuum positum (114) Allego pro hâc constructione regulam, quam ex Doctrinâ de Accentibus subministravit, admirandum quondam illud Philologorum Decus B. DN. Noster VAREN. (115) Nullus Riva post Itiv Merca necis antecedenter respectu Itiv Merca: sed semper consequenter respectu Athnach, sive expressi, sive per Vicarium representati (116).

(112) In Praefat. ad Psalm in b. l. (113) l. c. (114) Est enim in **כִּתְבֵי אֱלֹהֵי** Itiv Merca, s. ut alias vocatur. Merca Mahpachatus. Wasmuth. Instit. Acc. Tab. 2. Metr. ad p. m. 96.

not. (2) qui in talibus Monosyllabis dividitur, B. Varen. l. c. (115) l. c. §. 3. (116)

Addo generalissimum accentuationis Metricæ fundamentum, secundum quod Merca Mahpachatus est Rex subsistitivus Major, qui refertur inter Pansas.

§. 21. Est igitur summa Concionis hujus Messia **כִּתְבֵי** illud, cujus duæ considerandæ veniunt partes: partim præfatio ejusdem, partim **כִּתְבֵי** ipsum. De posteriori hac vice non agimus, sed tantum de priori, in quantum illa nobis Aeternam Messia Generationem exhibet. Circa quam iterum duo potissimum notanda veniunt: (1) Pater generans (2) Filius generatus.

§. 23.

§. 22. (1) Siftitur *Pater Generans*, cujus (α) *Deitatem*, (β) *Personalitatem*, (γ) *Personalem proprietatem* Messias Noster exponit. (1) *Deitatem Patris* quod attinet, vocat Eum יהוה Quod est nomen Dei Aeterni essentialiale, eiqve soli proprium, descendens à *Rad.* יהוה cujus significatio convenit cum יהוה Denotat (a) *Dei aeternitatem*, quia comprehendit omne tempus: *Futurum, praesens, & praeteritum.* (117) (b) *Ejus Essentiam* propter ejusdem radicem, quæ significat *esse*, quippe Deus *esse* suum in se habet, & reliquis *Creaturis esse ipsarum* communicat. Conf. *Donne* (118) & ex eo *Edoard. Leigh.* (119) Nomen hoc alias est *antiquissimum*, jam in *Adami*, & post in *Patriarcharum* Scholâ usitatissimum. Sic enim legitur ab *Eva*, (120) à *Noah*, (121) ab *Abrahama*, (122) & à *Sarah* (123) usurpatum. Nec obstat *Rabbinorum* commentum, quo ex *Exod. VI, 2.* probare volunt nomen יהוה ante *Mosen* non fuisse notum; cum contrarium jam eviderimus. Ad allegatum locum respondet inter alios admodum acute pro more suo *B. DN. D. Dorscheus*, (124) לָּן positum esse pro: יהוה quod in hac lingua non esse novi quid, probat ex *Exod. VII, 26.* &c. Imo etiam in *Gentium* Scholis nomen hoc fuisse frequentatum verosimile nonnullis videtur, ex eo, quia Deum suum in *Accusativo Jovem* vocarunt, quo respexerint ad nomen יהוה *Marc. Marin;* (125) & ex eo *Ed. Leigh.* (126) Refert hic *Dorscheus* (127) testimonium *Apollinis Clarii*, (128) qui consultus, quis Deorum habendus sit, qui vocatur *Ιάω*? respondit, referente *Macrobio* (129) *Ἡελίω ἢ πάντων ὑπατων θεὸν ἐμμεν Ιάω, χείματι μῆρι αἰδην, ἀπὸ δὲ ἑαροῦ ἀρχομένοιο, ἡέλιον δὲ Ἰέρεις, μετεπώρε δὲ ἄβρον Ιάω.* Conjunctorum dicas *supremum Nomen Iao*, Hic tibi vere novo sit *Jupiter Helius astu, dis cum sevit Hyems, autumnno mollis Iao.* Nimirum callidissimus veterator nomina divina: יה / יהוה / אלהים / שרי sub Nominibus Διὸς, ἡελίος, Ιάω abscondere & creaturis tribuere voluit. *Literas* hujus nominis quod attinet, sunt eadem *quiescentes* (uti *Ebraeis* dicuntur) ad denotandum secundum *Edoard. Leigh. l. c.* nullibi reperiri requiem, nisi in solo *JEHOVAH.* De punctis ejusdem disputatur, *genuinane* illa sint, an *mutuatiua*? Illud multi defendunt; quænam autem ea puncta sint, iterum non convenit inter *Eruditos.* Quidam putant esse eadem hæc (·:·) ex tribus temporibus desumpta: (·) ex *Futuro* יהוה. *Cholem* ex participio *praesenti* יהוה, (·) ex *praeterito* יהוה (130) Alii putant, nomen hoc olim suas habuisse vocales proprias, easque fuisse: (·:·) scribendum esse: יהוה & legendum: *Jahvo.* (131) Nupertimus quidam *Scriptor Anonymus* censet, veram

veram punctationem vocis esse יהוה qvod ita formari soleant alia nomina propria à Rad. הוה *Puncta* autem præsertim hodierna mutuata esse vel ex ארני vel ex אלהי statuunt *Rabbini*, (132) multiqve *Christiani*, (133) & propterea qvovqve nomen esse ארני פורטר, non per יהוה sed per ארני &c. legendum, acriter defendentes. Cui tamen *superstitioni* non facile assentiendum crediderim, qvin potius contrarium eluceat, eo ipso, qvod puncta habeat aliunde. Utar simili *Magnifici mei DN. PRÆSIDIS*. (134) *Quem admodum qui habet pecuniam aliunde mutuata, perinde emere eâ quippiam ac propriâ potest.* Qvâ de materiâ fusius alij. (135) Nomen autem hoc soli DEO competere, probant *Systemata* passim, & imprimis *Anti-Sociniana*, inter qvæ eminet *B. DN. D. Scherzeri Colleg. Anti-Soc.* (136) Qvæ videri poterunt. Hoc loco sumitur nomen hoc ארני, sicut & alibi *Pf. CX, 1. Gen. XIX, 24. Conf. Dorfb.* (137)

(117) Hinc titulus ejusmodi datus est *Christo*: *Qui est, & qui fuit, & qui futurus est*, Clarissima interpretatio JEHOVÆ. (118) in *Pl. VI, 1.* (119) in *Critic. S. Rad. הוה p. 48.* (120) *Gen. IV, 1.* (121) *Gen. XIX, 26.* (122) *Gen. XIV, 22.* (123) *Gen. XVI, 2.* & u. 5. (124) in *sylog. contr. Bellarm. Part. 2. Dissert. p. m. 165.* (125) in *Arcâ Noë* (126) l. c. (127) l. c. § 8. p. m. 166. (128) Hunc *Pompon. Melæ*: ab urbe *Asia Claro* appellatum scribit, ubi fanum habuerit à *Manto Tiresia* Filiâ statutum, cumqve *Epigonos Thebanorum* victores fugeret, in qvo, *Plinio, Famblico, Eusebio, Isacio, Lycophronis* interprete, & aliis tradentibus, specus fuit, in quâ lacuna, cujus potu mira reddebantur oracula bibentium breviori vita, ad cujus haurtum non feminas, ut in *Delphis*; sed è certis familiis *Sacerdotes*, aut à *Milero* accitos, & plerumqve literarum ignaros admissos fuisse & haurtâ fontis aqua vaticinia reddidisse, refert *Lilius Gyraldus de Nat. Deorum Syntagm. 7. p. 231.* & ex eo *Dorfb. l. c.* (129) l. 1. *Saturn. c. 18 p. 28.* (130) Notanda, qvæ hac de re habet *R. Bechai in Leg. fol. 71. Col. 1.*

בשם המיוחד נכללין שלושה היות לרמוז שהוא יתברך
 שליט בשלושה זמנים היה הוה ואהיה
 i. e. *Nomen DEI propriam JEHOVAH compositum est ex tribus temporibus, ad innuendum, Deum dominari in tria tempora, præteritum, præsens, & futurum,* (131) Qvod ex *Antiquitate* probare conatur *Auctor Orat. de SS. DEI Nom: הוה Hab: X. Cal. Jul: A. 1514. annex. Arcan: punctat: Revelat: edit à Thom: Erpen: Lugd: A. 1624.* (132) Unde iidem admodum *superstitiosi* in non pronunciando hoc nomine, ita ut teste *Cod: Abhoda Sarah c. 1. fol. 18. R. Chaninan Filius Teradjon* interrogatus: *qua ratione sic egerit in Lege? respondens: Sicut præcepit mihi יהוה* statim ob nudam nominis hujus prolationem vivus sit combustus. Inde & *Anathematismus ille Talmudicus* in *Coil. Sanhedrim c. 11. fol. 90. Quicumq; profert nomen in tetragrammation, non est ipsi pars in futuro seculo.* Probant hanc *Superstitionem* suam (1) ex *Exod: III, 15. pro: לעל legentes: לעל ad occultandum* in *Cod. Kid: Aufchim, moti ad hanclectionem* inter alia, qvia vocabulum לעל sicut in defectu,

D i. c.

i. e. sine \aleph sed Rsp. (α) Reperitur lectio nostra in *Bibliis* ab ipsis etiam *Judeis* editis. (β) Vox חַלֵּם hoc habet peculiare, ut modo cum \aleph , modo sine eo reperiat, uti exempla in *Bibliis* obvia testantur; imo *Cholem* prope *litteras indigestibiles* sine \aleph interdum scribi, *Grammatica* docet. *Prob:* (2) ex exemplo *Homini* ob nudam prolationem hujus nominis lapidati *Levit. XXIV. n. sqq. דַּקִּי* vertentes, *nominavit*, Rsp. דַּקִּי significat etiam: *imprecatus est*, ut *Job. III. 8. Prov. XI. 26.* & presenti loco ita vertendum esse comprobatur subsequens Vox: מַלְדִּיטִי & *mal-dixit*, ob *blasphemiam* igitur, quæ $\text{אַיְתוֹ בִּלְשׁוֹנֵי אֵימָר}$ merebatur, non ob nudam nominis prolationem, hic homo lapidatus fuit. (133) ut *Munster, Mercerus, Tremell, Rod. Cevaller, Job, Scalig. Marrinius, Casaubonus, Schindler, Buxtorf, Auctor. Orat. citat. &c.* (134) in *Collegio Theolog. Supra citato cap. 3. §. 4.* (135) plura qui desiderat de hoc Nomine, adeat *B. DN. D. Dorschai Syllog. Vindic. l. c. Schickard, Meditat. Alphabet. David. Ps. XXV. express. de nomine חַלֵּם annex. à B. Dorschai. Dissert. 9. Tractatus citat. manissa locop. m. 205. sqq. Flac. Clav. Script. Part. 2. tract. 6 p. 626. sqq. Haekspan. ad epist. S. Hieron. de Nominibus Divin. maxime autem tetragr. חַלֵּם in Syllog. Dissp. Theol. & Philol. p. 159. sqq. M. Job. Stendner. Jüdische A. b. c. Schul/ Gatakeri Dissertat. de Nom. tetragr. Buxtorf. Dissertat. de Nominibus DEI Ebr. inque Lexic. Ebr. Chald. sub Rad. חַלֵּם p. m. 156. sqq. Dru-sis Tetragr. Fuller. Miscellan. S. l. 2. c. 6. Orat. Incerti Auctoris Supra citata de S. S. DEI nomine tetragr. חַלֵּם Amam. Dissertat. de Nom. חַלֵּם Selden. de tit. Honor. P. 1. c. 6. Galat. Arc. Carb. V. l. 2. & Supra laudari DN. M. BRAND: HENR: GEB-HARDI, Præceptoris quondam Summe de venerandi $\text{דָּוִד בְּנֵי אֵלֶיךָ}$: de Nom. DEI tetragr. Greiffswald. Ann. 89. ventilat. & alios Philolog. passim. (136) Dissp. 3. th. 2. p. m. 34. sqq. &c. (137) in *Pentad. Dissp. 2. §. 23. p. m. 82.**

§. 23. Annotat MESSIAS Noster (β) Patris sui Personalitatem in vocibus: אֵלֶיךָ דָּוִד dixit ad me. (138) דָּוִד est ita dicere, secundum *Bakium*, (139) ut mox declaratio subsequatur, (140) ut etiam hoc loco fit. Tribuit igitur Filius Patri suo locutionem, indicans eandem ejusdem Personalitatem. (141) Locutio enim est actio: Actiones autem sunt Suppositorum. Uti evictum in *Dissp. Nost. (142) Sub Præfid. Excellentiss. DN. M. GEORG. BALTH. MASCOVII, (Theol. & Philos. Profess. P. apud Greiffswaldenses acutissimi, Consobrini, ac Patroni, omni observantiâ de venerandi, Præceptoris quondam, ac Suoioris in adibus Magnifici ipsius PARENTIS, Jcti Eruditione quâvis, ac pietate certe singulari valde conspicui, cui utriusque ob summa in me merita multa debeo.) Personalitatem autem distinctam à se indicat Filius in voce: אֵלֶיךָ ad me, quæ est, particula cum Affixo Pronominis Personæ. Jam qui ad alterum loquitur, ille omnino distinctus est ab eo ratione Personæ. Ceterum Verbum Domini vocat Scriptura ipsum Filium DEI, de quo infra, quemadmodum etiam à Chaldæo Interprete sæpe ita vocatur: בְּרֵאשִׁית vel etiam admodum notanter: *Verbum unigenitum.* (143) Quale epitheton*

epitheton nec ipse *Mohammed*. in *Alcorano suo* (144) *Filio DE*tribuere dubitat. (7) Exprimit *Messias* etiam *Personalem proprietatem* Patris sui per ipsum generationis actum, in voce *ילרתיך* *cujus* tamen *explicationem* ob ordinem vocum infra reservabimus.

(138) Melioris connexionis gratiâ *Supplent B. D. GEIERI. c. 63. DN. D. SEB. SCHMIDLIUS in Refelus. Psalms. Prophetic. de Christ. in h. l. p. 25. particulam*: כִּי *quod*, vel *quia*. (139) *l. c. p. 50.* (140) eamque ob causam אֲבָרָה differre putat *Bakius l. c.* quod perumque sine subjunctione rei dictæ ponitur. Secundum Alios אֲבָרָה vertitur per: *locutus est*. אָמַר per: *dixit*. Tuncque locutio significat *loquendi facultatem*, quæ est in Homine ex sua Origine absque alio respectu. Nam dicitur: *Homo loquitur*; at non item: *Homo dicit*: nisi adjungas alteri. Conf. *Ed. Leigh. Critic. S. in voc. אָמַר p. 9.* Duo hæc verba alias dicuntur (1) *de sermone qui lingua sit Exod. XIV, 19. c. V, 5.* (2) *de re aliquâ concepta & formatâ in intellectu*, neque sermone externo prolata *Cohel. II, 15. Prov. XXIII, 33. Ps. XXVII, 8. Gen. XXVII, 41.* (3) quoque *de voluntate* 2 *Sam. XXI, 16. Exod. II, 14. Num. XIV, 10.* Conf. *R. Mos. Maimonid. Doct. Perplexorum c. 65. 66. Ed. Leigh. l. c.* Hic autem אָמַר modo plane *singulari* sumitur, qui Deo competere potest, quamvis nobis incognito (141) Conf. *B. DN. D. F. F. KONIG: Disposit. in Univ. Theolog. Conc. 18. p. m. 83.* (142) *de Substant. Spec. Greiffswald. An. 91. hab.* (143) Celebris est *Locus*, qui extat in *Targ. Ferschal. Gen. III, 22.* וְאָמַר מִימְרָא דִּיּוּ אֱלֹהִים הָא אֲרַם רַבִּירָה

וְתִהּ יְחִירֵי בְנֵי עַלְמֵי הַיָּךְ מַה רַאנָא יְחִירֵי בְשֵׁמִי מְרֻמָּא

Dixit verbum Jehovah: Ecce Adam, quem creavi, est unigenitus in mundo, sicut ego

sum unigenitus in Cælis excelsis. (144) Sic enim *Surat. q. quæ سورة النساء h. c.*

surata, s. caput Mulierum (Sic dicta, quia tractat de mulieribus, Polygamia Sponsalibus, &c.) Verba ex exemplari Arabico *MAGNIFICI mei DN. PRÆSIDIS*, nunquam sine venerandi nominis *Μαγνητικῆς* à me laudandi, manu in Oriente de-

scripto & ex singulari in me affectu mihi communicato ita habent: *لا تقولوا*

عبي الله إلا الحق أنها المسيح عيسى ابن مريم رسول الله

وكلية التيها الي مريم وروح منه فاصنوا بالله ورسوله

ولا تقولوا ثلاثة *Ne dicatis de Deo nisi verum. Namq. Christus Jesus Ma-*

ria Filius est nuncius, vel Legatus Dei, & Verbum Ejusdem, quod immisit ad Ma-

riam, adeoq. Spiritus ex ipso. Credite in Deum, & hunc Legatum Ejus, nec ta-

men dicite Trinitatem (en confessionem, Trinitatis abnegatione contaminatam!)

Est certe notatū dignum, quod *Auctor Samachiari*, qv̄ *الكشاف* h. e. *com-*

mentarium amplissimum in *Alcoranum* scripsit, haud vereatur, Christum appella-

re *Verbum Divinum*, quod *ab Eterno apud Deum fuerit.*

§. 24. Viso *Patre* progredimur (2) ad *Filium generatum*, *cujus*

(α) *Denominationem* (β) *Generationem* à *Patre* factam notamus. (α) *De-*

nominatio silitur nobis in his verbis: *בְּנֵי אָתָּה* *Filius* meus Tu (scilicet:

es)

וּשְׁלִיחוֹתָיו קוֹרְאֵהוּ לֹבֵן כְּמוֹ שֶׁבֶן עוֹשֶׂה מְצוֹת הָאֵל לְפִיכָךְ קָרָא
 לְכַנְבִּיּוֹת בְּנֵי אֱלֹהִים כְּמוֹ וּרְיֵעוֹ בְּנֵי אֱלֹהִים וְכֵן הָאֵל
 כְּעֵבֹר הַרוּחַ הָעֲלִיוֹנָה שֶׁבּוֹ כְּשֶׁעוֹשֶׂה הָאֵדָם מְצוֹת הָאֵל בְּסִכְרָה
 הַנְּשֵׁמָה הַחֲכָמָה שֶׁתּוֹרָתוֹ קוֹרְאֵהוּ לֹבֵן לְפִיכָךְ אָמַר לוֹ בְּנֵי אֲתָרָה
 וְאָמַר אֲנִי הַיּוֹם יִלְדֶתֶיךָ וְאָמַר בְּנֵי כְּכּוֹרֵי יִשְׂרָאֵל וְאָמַר בְּנֵים אֲתָם
 לְהִשָּׁם אֱלֹהִים וְאָמַר הֲלֵא הוּא אֲבִיךָ קוֹנֵךְ וְיֵאמֶר וְאֲנִי אֲהִיָּה
 i. c. Non possumus de DEO benedicto loqui
 nisi parabolice, sicut fit in istis locutionibus, quibus illi os, oculi & aures tri-
 buuntur, & similia (154) Et constat, quod non nisi parabolice id fiat. Atq;
 ad parabolicam locutionem referrī debet, cum dicitur: Filius DEI, Filius
 DEI. Qui preceptum alicujus observat, & missus aliquid exequitur, Fi-
 lii nomine venit. (155) Quemadmodum Filius Patri obsequens. (156) Pro-
 pterea stellas vocat Filios DEI, veluti cum dicitur: laudabant me Filii DEI
 (Job. XXXVIII, 7.) Sic Homo propter Spiritum Supremum, qui in eo est, se
 habet, cum Homo DEI mandatum facit, per animam sapientem, qua illum
 docet, Filius vocatur. Atq; ideo ait: Filius meus es tu, & ait: hodie te ge-
 nui, dicit etiam: Filius meus est primogenitus. Israel (Exod. IV, 22.) & i-
 terum: Filii Domini estis DEI Vestri (Deut. XIV, 1.) & porro nonne est Pa-
 ter tuus, qui te acquisivit? (Deut. XXXII, 6.) Et. Ero ipsi Pater, & ille erit
 mihi Filius. (2. Sam. VII, 24.) (157)

(152) Conf. Victor. Strigelii $\tau\omega\sigma\mu\upsilon\nu\eta\mu\alpha$: in Psalms, Part. 1. p. 8. sq. & 17, in h. l. (153)
 in h. l. Circa quem discursum brevibus hæc noto (154) Resp. (1) Nego, quando ab-
 solute dicitur, quod de DEO non nisi parabolice & improprie loqui queamus. Dici-
 tur DEUS Ens & Essentia, item: Justus, Bonus &c. Ergone & hæc improprie sunt
 intelligenda? (2) à negatione membrorum corporeorum proprie sic dictorum in
 DEO ad negationem Filii ipsius proprii modo hyperphysico; proprie tamen geniti N.
 K. C. (155) Falsum est præsuppositum. Etiam Spiritus à DEO Patre missus multa
 exequitur, nunquam tamen propterea Filius DEI dicitur. (156) Filius non pro-
 pterea quis statim dicitur, qui alteri obsequitur, nisi in sensu plane impropiissimo,
 & ita hunc locum explicandum esse, dicitur à Judæo, non probatur (157) Dicta Scri-
 ptura quod attinet; non video, eandem quoque hujus loci nostri rationem esse.
 Nec ulla est consequentia: Angeli & Homines dicuntur Filii Dei improprie tales,
 E & Christus. perinde foret, ac si concluderem: pictura parabolice dicitur Homo.
 E. & Judæus parabolice tantum Homo est. Præter has Kimchii rationes, non
 rationes, Rabini adhuc solent objicere: N. Caro & sanguis, seu Homo, est proprius &
 Naturalis Dei Filius. Atq; Christus &c. E. Resp. Siloquaris de $\psi\iota\lambda\alpha\upsilon\theta\rho\omega\pi\omega\varsigma$,
 nego Minor. Exceptiones Judæorum plures vid. ap. Hoornbek. contr. Judæos ito.
 Müller. Judæi sin. ll. cc. item Gatak. Cinn. c. 5. p. 49 sq. Exceptiones Socinianorum,
 qui

qui denominationem Filii Dei singularem, & communem omnium piorum esse ejusdem generis, imo speciei, tantum gradibus differre, censent, refutavit B. DN. D. Paul. Turnov. in Tr. de SS. Trinit. c. 5. rot. in Specie p. 407. & 409. seqq.

§. 26. **אתה** Tu: Pronomen est ab **אני** ubi **נ** in dagelch conversum, quod in *Lingvâ Chaldaicâ* redit. (158) Est hoc loco non nuda tantum compellatio; sed testificatio rei planè singularis magnâ cum *emphasi*, uti erat illa proclamatio Dei Patris: *Hic est Filius meus &c.* (159) Emphaticam hanc locutionem exprimunt omnes fere Versiones, imo & ipse *Schlichtingius* (160) insensibilis alias Divinitatis Messîæ hostis consentit. Contra autem *Hugo Grotius* vertit: *O Fili mi!* putans: **אתה** hoc loco esse *notam Vocativi Casus*, cui interpretationi fidem facere allaborat ex *Gen. XLIX, 8.* **יהודה אהה יורוך אחיך** *Juda! celebrabunt Te fratres tui.* Sed frustra sic exponit. Refutavit Eum B. DN. D. *Calovius*. (161)

(158) R. *Aben Esra* in *Num. XXXII, 32.* vult **נ** esse adjectivum. Quinqvies scribitur **נ** vid. *Cobel. VII, 23. Masoram.* (159) *Matth. III, 17.* (160) Ita enim in *Commento* in *Ebr. p. 45.* Pronomen **תו**, ait, vim habet, ceteros omnes præter Christum excludendi, & à tituli illius participatione arcendi, q. d. *Tu, & non alius.* Ut vel inde appareat, Christo Filii DEI appellationem, peculiariter convenire. Quid autem voce peculiariter innuat, facile divinare possumus, si *Photinianorum* mentem respiciamus. *Schmalz. libr. de Divin. Christ.* ait: *Non controvertitur: An Christus sit Filius DEI; sed unde, & cur talis dicatur, & sit?* Causas autem potissimum illi quatuor allegant, (1) *Conceptionem & Nativitatem* Ejus ex Mariâ Virgine *Luc. I, 35.* (2) *Ejus missionem & sanctificationem* *Joh. X 35. 39.* (3) *Resurrectionem* ex Mortuis *Act. XIII, 32. 39.* (4) *Collatam potestatem & Regnum* ex *Ebr. V, 5.* quâ de Controversiâ pluribus infra. Conf. *Schismatis Diss. de Messîâ DEI Fil. Fen. hab. A. 1676. c. 2. §. 2.* (161) in *Bibl. illustr. Vol. 1. in h. l. p. 936.* Conf. *Schismatis l. c.*

§. 27. Restat, ut & (β) circa *Filium generatum* consideremus ex dicto nostro *Ejusdem Generationem ipsam à Patre ipsius factam.* Exhibetur autem illa in his ultimis verbis **אני היום ירדתך** *Ego hodie genui te.* Pronomen **אני** spectat ad præcedens **יהוה** qui est *DEus Pater genitans*, de quo §. 22. & sq. In reliquis verbis considerandum venit (**N**) **היום** *Generationis* hujus, quod est *Æternitas* ipsa, latens secundum nonnullos in voce: **היום** *hodie.* Est autem **היום** *Dies tam Naturalis, quam artificialis, Synecdochicè denotat tempus.* (162) Hinc **היום** *hoc die; i. e. hodie.* Significat autem hæc vox in sacris literis non semper unicum præsentem diem; sed sæpe absolute certum aliquod tempus. (163) Quandoque etiam *perpetuitatem, vel continuitatem* infert. (164) Nonnunquam etiam *Æternitatem.* (165) Est autem observante B. *Calovio* illud **היום** pro substratâ materiâ explicandum. Sicque, secundum *Magnif. DN. SEB. SCHMID.* (166) non opus

opus est nobis, ut **הויה** hodie aeternitatem significet, potius ex tota phrasi Aeternitas colligenda: Ego hodie genui te. quam accuratam omnino obseruationem etiam lego ap: B. D.N. D. HULSEMANN. (167)

(162) Inde ab hoc Ebraeorum *Fom*, vel *Chald. Foma*, vel *Arabum Faumi*, secundum nonnullos dicitur ortum esse *Latinorum Adverbium temporis: Fam*. Conf: *Ed. Leigh Crit. S. voc: □□* p. 88. (163) sic legitur *Ef. LVIII, 4*. Ubi accipitur pro *quocunqve die vita*, aut *quotidie*, donec illud hodie durabat. Sicut *Paulus Ebr: III, 15*. exponit illud *Pf. XCV, 8*. *Hodie, si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra*. Sic quoque *Chrystostomus Homil. 6. in Ebr.* & *Basiliius M. in Epist. ad Chilonem* illud hodie exponunt. Conf: *Flac. Clav. Script. ad voc. Hod. p. 302*. & ex *EO Jacob. Raurium Biblioth. Portat. Libr. 1. seu SS. Theol. Fan. ad voc. Hod. ES B. D. Dorsch. in Pentad. l. c. §. 55. p. 104* & *B. Calov. Bibl. illustr. l. c. p. 938*. (164) Sic accipiunt *Interpretes Genes: XXXI, 48. Deut. IV, 39*. ita & illud *σημαερον Matth. VI, 11. de perpetuatione divina sustentationis accipi solet* (165) ita *Esa. XLIII, 13*. circa quod dictum tamen observat *Magnif. DN. D. Schmidius loco citando: quis jure dixerit: vocem □□ notare aeternitatem. Tota autem phrasis: Esse ex quo dies eras, vel antequam dies esset, h. c. απ' δεξιας*, uti *LXX*. vertunt, aeternitatem importat. Plures acceptiones vid. ap. *B. Calov. & Dorsch. ll. cc. item ap. Polum l. c. p. 494. sq.* (166) in *Resolut. Psalm: de Christ: in h. l. p. 26. sq.* & in elegantiss. comment. ad *Ebr. c. I, 5*. (167) Ita hic in *vindic. Art. 3. §. 11 p. 16*. inquit: *Argumentum κατασκευασθεν, quod nonnulli ducunt ex vocab. Hodie, est infirmum. Non assertive; sed exceptive nobis agendum est circa hanc particulam, quam enim omnia praesentia praeterita & futura DEO sint Hodie, non sequitur tamen, omnia DEO praesentia extrinsece ab aeterno. Itaque Photinianis hanc particulam nobis objicientibus contra Aeternam Generationem, respondendum est exceptive, particulam hanc pro qualitate subjectorum, de quibus predicatur, esse etiam indefinitam, qua completitur quoque tempus praeteritum ut *ferem. XXXIV, 15*. Sic *1. Sam. X, 19. 1. Reg. XVIII, 36. Nebem. II, 11. Ec.* Hinc indefinitudine particulam illam hodie non posse ad momentum Resurrectionis Christi refringi, quorsum eam restringunt Sociniani. Haec ille.*

S. 28. Considerandus venit (**□**) Generationis hujus actus, qui describitur in voce: **יולדתיך** genuite. Est a Rad: **יולד** genuit, sicut & graecum **γενω**, quod est in lucem edere. Generaliter dicitur non solum de extrema partus editione; sed & de Foetus Generatione post conceptum, tantisper dum in utero Matris est. Competit & figurate creationi rerum inanimatarum, quin & eventis temporis. (168) Denique & ad animum transfertur, & ejus fructum, quae figurae & in aliis linguis locum habent. (169) Dicitur autem tam de *Viris*, quam de *Feminis*, ut in graecis verbum: **γενω**, (170) & secundum nonnullos ut plurimum de *his*. (171) Cognoscitur vero, utri tribuatur, vel ex Persona de qua dicitur, vel ex Persona Verbi, vel ex ipsa terminatione;

tionem: (172) Hoc loco dicitur de *Deo Patre*, & denotatur eodem *actus* ille æternus, quo ab æterno Filium suum sibi consubstantialem & æqualem vere propriæque, hyperphysicè tamen genuit, gignit & gignet. Ad *punctationem* vocis in textu quod attinet notant, *Philologi* (1) *Kamez* sub primâ Radicali transire in *schva* juxta regulam: *Kamez* primo loco positum in verbis vertitur in *schva*, quacunque etiam antecedant affixa. (173) (2) *Chireck* sub secundâ Radicali pro *Patach* esse propter cognationem (174)

(168) Sic Ebraei appellare solent: חַוְוָהּ חַוְוָהּ ל. qua *tempus* procreat (169) vid. וְשָׁן הַקָּדָשׁ נֶצֶר לְשָׁן הַקָּדָשׁ f. *Theaur. L. S. Pagnini Lucensis, aut. & recognit: à Joh. Mercero Prof. Paris. edit. Colon. Alabr. A. 1614. p. 952. sqq.* (170) In Græcis τῆκεν utriusque Sexus est, unde τῆκεν, *Parentes*, veluti *parientes*. Sic *Homer. ὄν ἀθανάτων τῆκεν εἶς*, quem *immortalis* peperit *Jupiter*. Conf. *Andr. Rivet. Tom. 2. Opp. p. 18.* Hinc & *Aquila Teste Origene* Verbum Ebraicum non vertit: ἐγέννηκα, sed: ἐπέκα. Conf. *B. D. Henr. MULLER. Theologorum quorundam Nostrorum Chrysothomi in Theol. Schol. c. 23. §. 369. p. m. 272.* (171) *Loca Biblica* adducta vid: in *Theol. L. S. l. c.* Conf: *R. Mosi Maimon: in Mor: Neboch: P. 1. c. 7.* Forster. *Schindler, & Buxtorf: in lexicis ad hanc vocem.* (172) Conf *Ed. Leigh. Crit. S. in voc. חַוְוָהּ p. 90.* (173) Cum igitur prima Persona sine affixo sit: וְיְהוָה illa propter affixum: חַוְוָהּ *Kamez* mutato in *schva* sonat: וְיְהוָה & lectio hæc est *regularis* Conf: *Gesner. in comment. in Psalm. in h. l. p. 22.* item *Avenar. Part. 3. fol. 400.* (174) quia utraqve est vocalis brevis, etsi aliqvin *Patach* sit immutabilis. Et hæc lectio est *irregularis*. Conf: *Jerem. 11. 27. c. XV. 10. Num. XI. 12.* vid: *Gesner. & Avenar. ll. cc. & R. Dav. Kimchi in Michlal. Theol. L. S. Pagnini. l. c. B. D. Glassius in Oromatol. p. 40* pro Generationis in Divinâ Essentiâ, excellentiâ urget hanc punctationem, quam *Masorethe* ut semel occurrentem vocalâ ליה notarint; sed cum aliâs etiam pro וְיְהוָה veniat: וְיְהוָה *Judic. XIII. 6.* *Chirek* pro *Patach*posito, facile *Judeus* excipere posset, non esse huic punctationi multum tribuendum, quod puncta illa sic invicem *Euphoniae* gratiâ permutari soleant. Conf: *Frishmuths Diss. cit. c. 3. §. 2.* alia argumenta mox adjicientur.

§. 29. Quod reliquum, quodque potissimum adhuc est, solidissimis argumentis erit comprobandum, & ab Adversariorum strophis vindicandum, de quânam hic *Generatione* agatur. Ubi tria hæc potiora erunt momenta, intelligi nimirum hic *Generationem* (1) *propriam* (2) *Personalem* seu *Essentialem*, & (3) *Eternam*. Quæ tria membra contra Adversarios subsequenter Theologorum Nostrorum selectoribus fundamentis quasi in compendio probabo.

§. 30. Loqui igitur hunc textum nostrum modo explicatum de *Generatione Filii DEI, secundum Divinitatem*, & quidem (I) ut *propria*, patet (I) ex proprietate literæ, à quâ citra summam necessitatem non est recedendum

dum. Prob: (II) cum B. DN. D. Henric Müllero Nostro (175) ita: *Quicquid perfectionis est in creaturis, id DEO tributum proprie competit; sed in Generatione Creaturarum est aliquid perfectionis.* E. Major: illustrat regulam Thomae, quam de attributis divinis in genere tradit: *Cum omnis perfectio sit in DEO, & nulla imperfectio, quicquid perfectionis invenitur in Creaturâ, de DEO dici potest, quantum ad id, quod est perfectionis in ipsâ, remotâ omni imperfectione: Si nomen DEO imponitur ab eo, quod est imperfectio, ut lapis, velleo, tum dicitur de DEO symbolicè, vel metaphoricè; Si autem imponitur ab eo, quod est perfectionis, dicitur proprie, quamvis secundum modum eminentiorem.* Min: prob: quia utique perfectio quædam est, quod generans generat naturam sibi similem, & quod generato essentiam communicat. (176) Prob: (III) Ex proprietate Filii, *Qualis enim Filius, talis etiam est Generatio.* Atqui proprius est Filius E. Maj: patet. Min: probavi jam supra §. 25. addo hoc loco analogiam Scripturæ, in quâ dicitur Filius *μονογενής* Job. I, 14. c. III, 16. ἰδιούσιον Rom. VIII, 38. ἀληθῆς 1. Job. V, 20. qui initio apud DEUM erat Job. I, 1. quæ epitheta nulli Creaturæ competunt, & proprietatem indubitato demonstrant.

(175) In Theol. Scholast. c. 23. §. 369. p. m. 271. (176) cum quâ tamen perfectione multiplex est conjuncta imperfectio, nempe quod fiat in tempore, quod fiat *κτῆρίσιν*, s. fluxum substantia generantis, & illius alterationem, quod gignens non totam, nec numero; sed specie tantum eandem genito essentiam communicet, quod generatus est extra gignentem, non solum ab illo distinctus; sed etiam separatus, quod gignens indiget Femina auxilio &c. Quæ imperfectiones omnes à divini hâc Generatione omnino sunt removenda.

§. 31. Negant proprietatem hanc h. l. (1) Rabbinæ. Sic enim Lipmannus (177) expresse negat, verbum *ילדתך* habere *לשון לידה* gignendi significationem, & reliqui Judæi omnes, qui de Davide locum hunc explicant, præsertim hodierni. (2) Mohammædani. (3) Sociniani. (4) Calviniani nonnulli, speciatim Moltherus (178) aliiqve, Et nupere Herm. Alexander Roell, in seq. Sect. citandus. Argumenta horum ad partem blasphemam, quæ recitasse, est refutasse, potiora hæc sunt: (I) R. Lipman. impropiam significationem verbi *ילד* statuminare vult ex Num. I, 18. Sic enim l. c. disputat: *אלה וילדתך האמור כאן אינו לשון לידה אלא לשון יחוס משפחותם* i. e. *למלכות וחונת מלשון ויתלדו ער משפחותם* hoc loco non habet significationem Nativitatis; sed prosapie, quod ad regnum genealogia ejus sit referenda, ex illa significatione, quæ occurrit in Verbis: Et professi sunt natales suos juxta familias. Rsp. (a)

E

Notum

Notum est, apud Ebraeos verba *diversis conjugationibus* nonnihil significationem variare, & *quartam Conjug. reciprocam actionem*, quæ agens in se ipsum agit, significare; *Kal*, vero *actionem simplicem*. Sic licet verbum יָרָה in *quart. Conjug.* ejusmodi significationem habeat, ut teste R. D. Kimchio (179) *recensionem suæ prosopie per plura individua ad unam stirpem usq.* denotet, alia tamen omnino est significatio in *Conj. 1.* nempe *Kal*, quæ *simplicem actionem* innuit, & h. l. ex usu Scripturæ proprie genuit, significat. (β) additæ sunt in adducto loco $\text{וַעֲשֵׂהוּ לְךָ אֱלֹהִים}$ quos Verbo huic proprietatem suam surripere ex *sq. s.* patebit. (II) *Instat Lipmann. l. c.* $\text{וְעָרַךְ לְשׁוֹן וְלִדְתִּיךָ}$ Vertente *Frischmutho*: *Quia quod יִלְדֶהָ nonnisi ad matrem pertinet, Filium parientem.* Unde inferitur, cum *DEUS* non pariat, quia femina non sit, (180) *generationem propriam colligi non posse.* Rsp. (α) Falsæ est hypothesis. Contrarium patet *Prov. XXIII, 22.* *Conf. Gen. IV, 18. c. X, 8, 13, 24, 26. &c.* (β) Non hic de *Generatione humanâ*, sed *divinâ* sermo est. (III) *Objic. Mohammædani*, locum hunc corruptum esse à Christianis, & pro: *Tu es* نَبِيّ *Propheta meus*, *Ego hodie* وَلَدْتُكَ *et sivi te*, repositum esse: *Tu es.* بَنِي *Filius meus*, *Ego hodie* وَلَدْتُكَ *et genui te.* (181) Adeoque *impropria* omnino innueretur *Generatio.* Rsp. (α) *Inepta* hæc est interpretatio, quia *David* Ebraice, non *Arabice* scripsit. (β) *Omnes Judæi* ita legunt, ac nos, quomodo ergo aliqua *corruptio Christianis* imputari potest? (IV) *Objic. Sociniani*, dictum hoc aliquoties in *N. T.* allegari, partim de *Resurrectione Christi*, ut: *Act. XIII, 33.* partim de *collatione muneris sacerdotalis*, ut: *Ebr. V, 5.* ubi nonnisi *Generatio impropria* intelligi queat. Quod argumentum quoque est *Helmstadiensium*, cum *Socinianis* hic sentientium, ob *hypothesin* illam, quæ *SS. Trin. Mysterium* ex *V. T.* probari posse, negant. Rsp. (α) *Generaliter*: non opus est, ut hic cum *Pontificiis* unius dicti *diversos* fingamus sensus. (182) *Quin* ubiq; unus tantum sit. Hinc Rsp. (β) *Specialiter*, & quidem (a) ad *Act. XIII.* Ex *communi Nostratum Theologorum* sententiâ *Resurrectio* h. l. adducitur, non ut ipsa sit *Generatio*; sed quod sit *argumentum* quoddam, ex quo constat, *resuscitatum* esse illum ipsum *Filium*, quem *DEUS Pater hodie genuit.* Vel secundum alios textui convenientius videtur, quando interpretatio fit, *non de Resurrectione*; sed de *promissione Patribus factâ, posteriùs præstitâ.* Et græcum ἀναστήσας sic non vertunt: *resuscitans ex mortuis*; sed *excitans, suscitans,*

rans, mittens, ex loco parallelo Act. III, 21. ubi hæc Phrasis in tali sensu occurrit. Opponiturque hic ἀναστῆναι τῷ μητρῴῳ v. 22. quod notat amovere, unde & Apostolus non apposuit voces: ἐκ νεκρῶν, quibus v. 30. usus erat. Prolixè id diduxerunt B. D. Joh. Gerhard. (183) & B. D. Quensted. (184) (b) Rsp. ad Ebr. V. Falsissima est interpretatio, quâ Ego hodie genui te h. l. idem debet esse, ac: Ego tibi gloriam Pontificatus communicavi. Quin potius mens Apostoli est, ostendere, Christum non proprio arbitrio sumsisse sibi gloriam; sed ab illo potius esse glorificatum, à quo ab eterno genitus. (185) Nec (V) valet interpretatio Roellii, quâ solam manifestationem gloriæ Christi in tempore, adeoque iterum impropiam quandam generationem h. l. significari asserit. Non enim hæc glossa exhaurit vim Dictorum, quæ sane plus infert, scilicet id, quod in omni notione generationis involvitur, Originem nempe Filii à Patre, quæ non nuda tantum, ac generalis gloriæ, ac Deitatis Filii manifestatio est. Conf. Beatiss. Noster SCHOMERUS, cujus obitum adhuc Academia nostra perpetuis singultibus gemit, Theologus quondam in omni scibili ad miraculum usque consummatissimus, Patronus, ac studiorum meorum à teneris Moderator, plus quam filiali reverentiâ qui à me erat colendus. (186) (177) In Nizach: p. m. 148. (178) Quid hæc de re disputatum sit inter Theologos Prutenos. & Crocium, qui Moltheri sententiam de Generatione Filii Dei improprie sic dictâ defendit, vid. ap. Menzer. Resp. ad defens. 2. p. convers. Prutenica Crocii Marp. c. 3. p. 9--14 (179) ita enim l. Radic. explicat: הראו ממי נודרו כלומר הוראו ממייה שבט ה' ostenderunt, ex quo nati sunt, ex qua tribu sint oriundi. Vir Summus DN. Wagenfeil cui, cum ob selectissimas notas in Tractat: Talmud Sota, tum ob studium in corrigendo Lipmann. libro Nizach. orbis literarius multum debet, monet, in quodam MSS. Lipmann. ad vocem ויתירו se hæc reperit: se: כלה זיא ארלטן זייר h. e. in lingvâ germanicâ: Sie adelsten sich / quæ verba in recentiore editione כאר משה paululum immutata leguntur. Explicatur enim Auctor verbum ויתירו Num. 1, 18. ita pro suâ Lingvæ germanicæ peritiâ interpretatur: זיא ארלטן זייר ווארן זיא אונר Und sie wahren sich edeln. Annotante DN. Saischmuhle Disp. de Messia Dei Filio. c. 3. §. 4. (180) Cum quibus blasphemè Servetus. Si λόγος Filius natus erat ex Patre sine Matre, dic mihi, quomodo peperit eum, per ventrem, an per latus? L. 2. de Error: Trin: fol. 58. (quâ blasphemiâ & Alcoranus utitur, quando sic argumentatur: Deus non habet uxorem. E. non gignit Filium) postquam Deum nostrum, absit blasphemia verbis in Sanctissimum illum Deum! vocasset Hermaphroditum, à quâ voce etiam, sanctulus ille Jesuita Maldonatius sibi non temperavit comment: in V. T. p. 795. in Ps. CX. dicens: Patrem in productione æternâ Filii quodammodo Hermaphroditum fuisse. Vid. Scherzer: System. Theol. Loc. 2. §. 23 p. m. 66. (181) quemadmodum explicant Ibnol Athir. & Alfirouz abadisus, allegante Pococke ad port. Mos. c. 8. Conf. & Calov. Bibl. illustr. 4. c. p. 926. Magnif. D. Pfeiff. Dub. v. xat. h. c. S. B. Wasmuth wüdic

*Vindic. Part. 2. Loc. 9. (182) Sic Alphons. Salmcron Tom. 1. Comment. in N. T. Proleg. 7. p. 80. Bellarm. T. 1. p. 93. Franc. Suarez. T. 2. de Incarnat. D. 45. f. 1. & T. 2. D. 2. f. 2. Vasquez. p. 1. D. 18. c. 2. Molina P. 1. q. 27. art. 1. D. 2. Greg. de Valentia P. 1. de Theol. p. 5. q. 1. Blas. Viegas in Ap. c. 1. comm. 1. f. 19. Lorin. in Act. Ap. p. 345. & comm. ad Ps. 11. ap. Dorscheum in Pentad. Diss. 2. §. 62 p. m. 108. triplicem hujus loci sensum literalem faciunt, de *Eternâ Generatione*, de *Incarnatione*, de *Resurrectione* (183) in Exegef. Loc. 4. §. 54. p. 1176. sq. (184) in System. Theol. Part. 1. Cap. 9. sect. 2. qu. 8. p. m. 333. Conf. Calov: Bibl. illustr. T. 1. in Ps. 11. p. 939. sq. ex Ludov. Dieu Jacob: Raupius in Biblioth. portat. ad Act. XIII. B. Scherz. Colleg. Anti-Soc. Diss. 15. p. m. 169. Scheid. Dissp. Philol. sup. Psalter. Diss. 7. c. 5. n. 5. p. 34. D. F. A. Ostandr. in Colleg. Theol. system. T. 1. p. 42. Sam. Marsi Hydr. Socinianism. expugn: Tom 2 p. 146. & 387. (185) Conf. B. Calov. Qwensted. II. c. item B. DN. D. QVISTORP II. MAGNIFICI Nostri h. c. RECTORIS, DN. D. JOH. NICOL. QVISTORP: Theologi Magni, Patroni mei, Praeceptoris, ac in Christo Patris jugiter venerandi, Avi, accuratiss: comment: in Ep. ad Ebr. p. m. 81. item Magnif. D. Schmid: comment: in Ep. ad Ebr. ad h. l. (186) in annotat: ad B. Calov: Theol. Positiv. (quibus fata pro dolor! interveniebant praematura) ad Part: 1. c. 6. thes. 4. §. 283. ad Ps. 11. 7.*

§. 32. Loqui textum nostrum (II.) de *Generatione essentiali & Personal* probo seqq: (I.) *Ex ipsa natura vocis* $\Gamma\Gamma$ de quâ Philologi pariter & Theologi Nostrates hanc notant regulam: *Verbum* $\Gamma\Gamma$ *quotiescunque absolute, & sine additamento aliquo imminente, de Personâ generante Personam predicatur, constanter Generationem ex essentiâ notat.* Provocant ad inductionem *Concordantiarum*. Incomparabilis ille quondam Pomeraniae Theologus B. DN. D. BALTHASAR. (187) cum B. DN. D. DORSCH. (188) duo ad internoscendum verum sensum hujus verbi requirit. (1) Ut actio, quam $\Gamma\Gamma$ denotat, intercedat inter *Personam & Personam*, non inter *Personam & locum*, aut *affectum*, aut *suppositum non vivens*. (189) (2) Ut actio voce $\Gamma\Gamma$ designata, *simpliciter, absolute & sine $\omega\epsilon\sigma\sigma\iota\omicron\omicron\sigma\mu\acute{\alpha}$ inter duas illas Personas intercedere dicatur.* Alias specificatio hujus vel illius medii, per quod Generatio fit, item designatio certi vel modi vel finis significationem statim imminuit, & proprietatem tollit. (190) *Prob.* (II) *ex conditione Filii.* *Qualis enim Filius talis etiam Generatio.* Atque *Filius hoc loco est essentialis.* E. Maj. patet ex naturâ Relatorum. Minor ex eo, quia huic Filio in textu tribuuntur actiones, quas suppositorum esse, jam supra monui. Competit enim ei narratio, dicitur de eo fremor gentium, adoratio &c. quæ certe omnia Personam arguunt, de quâ dicuntur: *Prob.* (III.) *Ex analogâ Scripturae locutione, quæ essentialem hanc Generationem innuit, quando Filius dicitur $\chi\epsilon\gamma\alpha\gamma\eta\epsilon$ $\Gamma\eta\varsigma$ $\iota\omega\sigma\iota\omicron\omicron\sigma\mu\acute{\alpha}$ Patris* (191) Hinc. B. DN. D. SCHER-

D. SCHERZER (192) tale necitit ratiocinium: *Qui ita est genitus, ut sit Character hypostaseos paterna, ille non potest non ejusdem esse cum Patre essentia, & per conseq. Generatio ejusdem omnino est essentialis. Atqui Filius Dei &c. E.*

(187) In *Disp. sua inaug. citat. post 4. §. 16.* (188) in *Pentad. Disp. 2. §. 46.* (189) quemadmodum Deo tribuitur, producenti creaturas, generanti glaciem, pluviam, &c. (190) Sic *Corinthios* geniti quidem dicuntur à *Paulo*; sed addito hoc: *per Evangelium*. Sic *Spiritalis Hierosolyma* novos suos cives & Hospites ab alio scl. à Deo sibi genitos prædicat; sed cum genitura illa mox per *congregationem multarum gentium*, earundemque virtute verbi in Ecclesiam *convocationem*, explicetur, **וְהָיָה** hic non *proprie*, & de *substantiali*, sed de *spirituali generatione*, accipiendum esse patet. Conf. de Naturâ hujus vocis Præter citatos *B. DN. D. Marrin. Chemnit. LL. Theol. Part. 1. de Fil. p. m. 144.* *B. D. Hulseniann. Vindic. Script. Art. 3. §. 11. p. 15. sq.* *B. D. Scherz. in Colleg. Anti-Soc. Disp. 15. thes. 2. p. m. 169.* & in *Syst. Theol. Loc. 2. §. 23. p. m. 65.* & §. 25. p. 68. *B. D. Dannhauer. in Christosoph. Sect. 1. Art. 1. §. 9. p. m. 21.* *Hopffner in h. l. & quæ de significatione vocis וְהָיָה contra Bohlium monuit Joh. Musæus Exerc. 2. §. 9. sq. conf. Magnif. DN. D. Pfeifferi Dub. Vex. cont. 3. Loc. 48. p. 554.* *B. Quensted. in System. Part. 1. c. 9. sect. 2. qu. 8. p. m. 382.* *B. DN. D. F. F. König. Dispos. in univ. Theol. Conc. 18. Super b. h. p. m. 84.* & alios passim. (191) *Ebr. 1. 3.* quod Apostolus *v. 5. ex Ps. II. 7.* deducit. Super quod dictum omnino conf. *B. DN. Dorfeb. in Theol. Zach. Part. 2. fol. 265-279.* & admodum accurate differentem *B. DN. D. GEORG. MASCOV. Theol. Prof. quondam Acad. Greiffwald. de Ecclesia I. C. immortaliter meritum, inq. Posterus bodienum summâ cum laude Redivivum, in Comment. in Ep. hanc Disp. 2. (192) in System. Theol. l. c. §. 25. p. 68.*

§. 33. *Adversarios* hic habemus potiores eosdem, quos in præced. thesi. *Argumenta* Eorum inter alia hæc sunt: (I) *Excip: contr: argum: nostrum* (I) *Ex Deut. XXXII, 18. Eja. XLIX, 21. 1. Cor. IV, 15. &c. Rsp.* Vis Exceptionis hujus jam jam præfracta est in ipsâ thesi, quia ubiqve additur **ὡς υἱοῦ** restringens. DEUS enim genuit Israëlitas *assumptione in Regnum gratiæ*, ex quo per idololatriam exciderant. *Generatio Esa. l. c. vocatione per verbum ad Ecclesiam* absolvitur. Et *Paulus Corinthios* suos per *Evangelium* dicitur genuisse. Eodem modo & illud *Jacob. I, 18.* explicatur. (193) (II) *Excip: contra argum:* (III) *contr: Locum Ebr. 1, 3.* Nulla imago ejusdem numero *essentiæ est cum eò, cujus est imago. Rsp.* (α) Imago ut sic partim *convenientiam & expressionem*, partim *originem & processionem* denotat. Neutrum *Essentiæ diversitatem numericam* requirit. (β) *Ut imago substantialis perfecta in Homine identitatem specificam: ita perfectissima identitatem numericam* *Essentiæ (salvo discrimine Personali)* requirit. vid. *Calov. (194), & ex Eo B. Scherzer. (195) (γ) Non dicitur hic Filius Character simpliciter;*

placiter; sed cum addito: $\Upsilon\omega\varsigma\iota\omicron\upsilon\omega\varsigma$, ipsum Patrem non saltem in virtutibus quibusdam divinis referens; sed ipsam Essentiam, quam cum Patre eandem habet juxta *Job. XVI, 15*. Observante supra laudato *B. DN. D. QVINTORP: (196) (III) Instant: Character $\Upsilon\omega\varsigma\iota\omicron\upsilon\omega\varsigma$, significat tantum manifestationem. Rsp. (a) per instant: Prophetæ & Apostoli manifestarunt etiam voluntatem DEI, non tamen propterea dicuntur $\Upsilon\omega\varsigma\iota\omicron\upsilon\omega\varsigma$ DEI Characteres. (b) Repugnat hæc interpretatio Versionibus, nempe Syriacæ, quæ $\eta\eta\eta\eta$ Essentiam, ipsi *Racoviane* in textu per *Wesen*/ in margine per: *Unterstand*. *Felbinger* per: *Unterständigkeit*/ unde omnino generatio essentialis fuit. (IV) Obj: *Enjedim: (197) Christum dici Filium DEI genitum ratione Amoris DEI erga Christum*. Et per consequens Generatio hæc non foret essentialis. Rsp. Sermo hic est de verâ propriâq; Generatione, quæ essentialis est, non nudi tantum amoris, quod ostendit natura vocis $\Upsilon\eta$ supra explicata. (V) Objic: *Agere quidem typice hunc Psalmum de Messîâ, verum de Generatione essentiali nihil haberi, quia de tali Filio sermo sit, qui minor est Patre, utpote Rex ab eodem constitutus*. Rsp. (a) Major ne quidem in humanis procedit, quippe ibi Filius potest esse minor Patre; generatio tamen nihilominus essentialis. (b) Ad Minor: Christus non est minor Patre, quæ genitus est ab æterno; sed quæ in tempore natus; sed non de hoc; verum de illo h. l. agitur. (VI) Objic: *Quod essentiam ab æterno habet, quo modo essentiam acquirere, potest? At vero Generatio essentialis semper præsupponit non existentiam*. Rsp. (a) Valet in humanis, non divinis. (b) Acquisitio Essentiæ dupliciter dicitur, vel præviam non habitationem innuendo vel simplicem acceptionem, hæc est essentialis, & hic spectatur, non illa. (198)*

(193) Conf. Magnifici DN. D. *JACOB. HENNING*, Theologi *Greiffswaldens. ἀνεργεστῆς*, Patroni mei insignis ac Præceptoris quondam & Evergeta omni reverentiâ dèvenerandi, *Disp. de Relig. Socin: & Calvin: vicinitat. in artic. de Christo Thes. 3. Orthod. n. 1. (194) Contr. Crell. fol. 1293. sqq. (195) In Colleg. Anti Socin. Disp. 15. p. m. 171. & 187. seqq. (196) In Comment. in Ep. ad Ebr. p. m. 170. (197) In explic: LL. V. & N. T. p. 56. sqq. (198) Fufius hæc vindicata vid. ap. *Scherz. l. c. & in System. loc. 2. §. 25. p. 69. D. J. A. Osiandr. in Colleg. Theol. system. Part. 1. loc. 2. Thes. 29. p. 415. sqq. Pruckner. in vindic. Bibl. Part. 2. in Ps. II. p. 230.**

§. 34. Intelligi hic Generationem denique (III) *Æternam*, non demum in conceptione & nativitate, aut alio tempore factam sat; clare jam patebit ex §. 27. Addo hic (I) argumentum, quod ex visceribus textus deducit *Hoornekens. (200) Qui Filius Dei fuit, eaque ratione Deus Ejus Patet per Generationem à Patre ante conceptionem & nativitatem ex Mariâ, & Filius*

Filius Patris per Generationem ex Eo, is non demum à Nativitate illà cœpit Filius DEI fieri; sed jam ab æterno fuit. Atqui Christus Sc. E. Min. prob. quia in textu de tali generationis actu agitur, per quem Persona infinita Æterna & adorabilis genita, qui certe actus in Hodie aliquo temporali fieri non potuit. Actus enim Dei interni sunt æterni. (201) Prob. (II) Ex locis parallelis æternitatem hanc sat clare demonstrantibus, utpote Prov. VIII, 22. seqq. Mich. V, 2. Es. LX, 6. &c. (202) item ex iis, quæ Præexistentiam hujus Filii innuunt, collecta à B. Calov. (203) Prob. (III) ex absurdo contrarii, sequeretur enim aliàs, DEum Patrem Filium suum in tempore generare cœpisse, & post generare defuisse, sicque in tempore demum factus fuisset *ἰδιὸς* Pater, foretque mutabilis, quod pugnat cum *Malach. III, 6. & Jac. I, 17.* (204)

(200) *In Socinianism: confutat: Tom: 2. l. 1. c. 1. & ante Hoornbekium idem urfit argumentum Raymundus Martinus Pug. Fid. part. 3. dist. 1. c. 8. (201) DEus enim plane immutabilis, & omnis temporis successione expers. Optime Damasc. l. 1. de O. F. c. 8. ὁ Θεὸς ἀρχὸν ἂν, καὶ ἀναρχόν, καὶ ἀπαθῆν, καὶ ἀρρέυστον, καὶ ἀσώματόν, καὶ μόνον, ἀπελεύτητον, ἀχρόνως, καὶ ἀνάρχως καὶ ἀρρέύτως, καὶ ἀπαθῆς γεννᾷ, καὶ ἐκπῆς συνδυασμῶν.* Omne igitur hic secluditur tempus, s. *præteritum*, s. *futurum* sit, & constans perpetuum, fixumque *HODIE*, seclusis temporum intervallis. Eleganter *August: de s. Hæres: c. 4. Apud DEum nunquam crastinus, nunquam hesternus dies; sed semper HODIE.* Et *Scalig. de Caus. L. L. c. 113. Præteritum jam non est, futurum autem nondum. Unum semper præsens est. Nam etsi abit tempus, tamen hoc, quod est, præsens est.* Conf. *B. DN. Dorsch: Pentad. l. c. §. 55. & B. D. Geier. prælect: in Psalm. in h. l. Calov. Bibl. illustr. in h. l. (202) Loca hæc eleganter more suo explicavit & vindicavit B. DN. D. Scherz. in Colleg. Anti-Soc. l. c. p. m. 173. ad 180. Conf. Quensted. Syst. Theol. Part. 1. c. 9. sect. 2. qu. 8. p. m. 383. seqq. B. DN. D. Augustin. Balthaf. Diss. inaug. citat. post. 5. (203) In Theol. positiv. part. 1. c. 6. thes. 2. p. m. 111. sq. (204) Æternitatem hanc fusius probant *Dorsch. l. c. Hülsemann. vindic. script. l. c. Müller. in Judæism. p. 562. sq. & p. 555. Calov. in Bibl. illustr. l. c. B. D. Joh. Gerhard. in Exeges. Loc. 4. §. 54. p. 1176. B. Gesner in comment: in h. l. p. 20. B. D. Dannhauer. in Christosoph. l. c. p. 24. seqq. B. D. Grauer. in Exam. præcip. sophistar: contra Recent. Photin. Francisc. Davidis Blandrat. Socin. Sc. sup. 1. cap. Ebr. p. m. 47. seqq. B. DN. D. Henric. Müller. in Theol. Scholast. c. 23. p. m. 272. B. D. Scherz. in Colleg. Anti-Soc. l. c. B. D. Balthaf. l. c. post. 4. B. Srischmuhle Diss. de Messia DEI. Fil. c. 3. §. 8. B. D. F. F. König l. c. & Polus in Synops. Critic. Vol. 2. in h. l. p. 495.**

§. 35. Eisdem hic iterum, quos in præcedentibus, habemus *Adversarios*. Argumenta Eorum potiora hæc sunt. *Obj. (1) Socinus, & Goslavius à Bebelno, (295) quod genitum esse, denotet tempus præteritum, non æternitatem.*

tem. Rsp. (a) Dist. inter genitum esse per modum *preteritionis*, & *perfectio-
tionis*, hic, non ille per presentem phrasin innuitur, quippe quâ non adeo
expresse & formaliter significatur tempus prateritum, nisi consequenter &
ad humana applicatâ. Hinc Filius DEI sine absurditate & *gigni & genitus
esse* dici potest, ut illud significet perfectionem actus nascendi, hoc perfecti-
onem geniti, idque sine omni adsignificatione temporis. (b) Non simplici-
ter repugnant *genitum esse*, & *ab aeterno esse*; *in tempore gigni & ab aeterno
esse*, secundum idem, pugnant; Jam vero Filius DEI extitit ab aeterno; nec
in tempore; sed *in aeternitate*, in quâ nihil prius, & posterius est, genitus fuit.
Obj. (II) *in HODIE determinatum notare tempus non aeternitatem*, se-
cundum perpetuum scripturæ usum. Rsp. Nec nos ex solâ *particulâ*, sed ex
totâ phrasi Aeternitatem probare patet ex §. 27. & sic nihil contra nos. Obj.
(III) Gignens est prior genito, Pater est gignens. E. Si autem Pater prior
Filio. E. Generatio hæc non aeterna. Rsp. Major ne quidem procedit in na-
turalibus, uti exempla Theologorum nostrorum docent, infra citanda,
multo minus in divinis, ubi nulla, *prioritas* vel *posterioritas temporis* con-
ceditur. Obj. (IV) Locum hunc agere tantum de *Resurrectione*, vel *col-
latione muneris sacerdotalis*, vel *manifestatione* quâdam *externâ*. E. non de
Generatione quâdam *aeterna*. Rsp. Dubiis hisce jam jam satisfacimus §. 31.
Obj. (V) *Hodie esse h. l. notam asseverationis*, ac idem notare, quod: *certe*,
quomodo usurpatur *Deut. XXX, 11. 15. 18. c. XXXII, 46. Hof. IV, 5. (206)*
Rsp. Falluntur oppido, cum nullum nudæ asseverationis hic sit indicium;
sed contra textus pugnet, vocumque situs. Et hac ratione, iudicio *Frisch-
muthi*, (207) præmittenda ea fuisset verbis: *כני אתה* *Addo*, negando
in adductis locis particulam hanc mere esse assertivam, quin potius certum
denotet tempus, (208) quorum nihil huc quadrat.

(205) *Part. 2. c. 8. contr. Disp. Keckerm. de Trin. (206) Fuerunt tales Interpretes,*
telic Hackspan *in Not. ad Luc. XXII, 43.* Neque adeo pridem quidam Ebraicæ
Lingvæ peritissimus, vehementer contendit, sensum verborum esse: *So genist als
Eage ist / hab ich dich gezeuget / apud Frischmuthi l. c. 3. §. 7. 8. (207) l. c. (208)*
Conf. de hac controversiâ *B. Grauer: Exam. præcip. Sophistic. Recent. Phorin.
sup. c. 1. Ebr. p. m. 47 sqq. B. Scherz. Colleg. Anti-Soc. l. c. p. m. 174. sqq. D. F. A.
Osiandr. in Colleg. Theol. System. Part. 1. Loc. 2. p. 413. 419. sq. Pruckner, l. c. p.
230. DN. D. Pfeiffer l. c. B. Feuerborn. in Anti-Ostrod. & Anti-Enjed. item
Hoornbeck. ll. cc. &c.*

SECT.

SECT. III.

Porismatico - Theologica!

PORISM: I. Datur omnino Generatio quadam Filii DEI passiva aeterna, quae dicitur proprietas ejusdem Characteristica.

§. 1. Dari revera Generationem Filii DEI aeternam, probamus admodum dilucide ex *Scripturâ S.* (a) & quidem (I) ex dictis, expresse eam asserentibus, inter quæ *palmarium* illud est, quod modo ex *Pf. II.* consideravimus, ubi elegans apparuit hæc de re *Patris* $\omega\epsilon\theta\sigma\ \Phi\acute{\omega}\nu\eta\sigma\iota\varsigma$. Adde *testificationem* ipsius Filii *Prov. VII, 22. sqq.* & *descriptionem Spiritus S. Mich. V, 2.* Prob. (II) ex nomine Filii DEI, vel *absolute, Pf. II. 7. Prov. XXX, 2. Esa. IX, 6.* vel *cum addito: μονογενῆς Job. I, 18. 1. Job. IV, 9. ἀγαπητός Matth. III, 17. ἰδιότ. Rom. VIII, 38. ἀληθῆς 1. Job. V, 20.* Jam vero Filius proprie dictus non est, nisi per generationem. (b) Esse autem Messiam Filium proprie satis jam probavimus supra. (c) Prob. (III) Ex iis locis, in quibus dicitur *Imago & Character DEI 2. Cor. IV, 4. Coloss. I, 15. Ebr. I, 3.* Imago autem originem & expressionem ab eo, cujus est imago, ejusdemque representationem sistit, adeoque Generationem aeternam Filii DEI egregie illustrat. (d) Prob. (IV) ex eo, quando dicitur *Verbum DEI Pf. XXXIII, 6. Job. I, 1. 2. 1. Job. I, 1. c. V, 7. Apoc. XIX, 13.* quod idem est ob Generationem aeternam, (e) quæ cum generatione $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ nostri aliquatenus convenit: Nim: (1) quoad *originem* à Patre. (2) quoad *representationem Patris*. Quoad *illam* (a) quantum ad *Generationem ipsam*, ut enim verbum nostrum à mente nascitur; Sic Filius à Patre gignitur. (f) (b) *quâ aeternitatem*, ut conceptus noster tam diu durat, quam diu intellectio. Nec unquam mens est sine verbo, & verbum sine mente. Sic & divinum verbum se habet. (c) quâ *impassibilitatem*, ut conceptus à mente, sic Filius à Patre gignitur *immaterialiter*, sine *passione ἀπαθῶς*. (g) (d) *quâ immanentiam*. Conceptus mentis manet in mente. Sic Filius in Patre. (e) Ob *generationis sublimitatem*. Processio verbi in mente nostrâ vere admirabilis est. Processio in divinis omni admiratione major. (b) Quod ad *representationem Patris* attinet, tum, uti verbum est $\alpha\pi\epsilon\kappa\acute{\omicron}\nu\iota\sigma\mu\alpha$ mentis, sic (i) Filius $\epsilon\iota\pi\acute{\omega}\nu$ Patris est! *Differentia* tamen nihilominus quoque hæc datur. Verbum enim nostrum *accidens* est, & *natura* differt à *mente*, *initium* habet *temporis*, & *finitum* est. Divinus vero $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ *Persona* est $\delta\mu\omicron\sigma\iota\omicron\varsigma$ *initio* caret, *immensum*, ac *infinite* est. Prob. (V) à totâ Veræ Catholicæ Ecclesiæ fide. Uti patet ex *genuinorum Patrum* scriptis, & ex *Symbolis*, ut-

pote Niceno, Athanasiano, Constantinopolitano I. Confessione Chalcedonensi, Capitulis Constant. II. Oecumenici Concilii &c. quam etiam prisca Ecclesie Judaica fuisse mentem, in *præced.* jam *sect.* docuimus. Confirmat eandem Julius Conrad Otto, conversus Judæus, (k) & *Cod. Sanbedrim* c. 2. è *Scholâ R. Janua.* (l)

(a) Hæc enim est unicum illud principium & medium, ex quo, & per quod Mysteriorum Βάθῆ nobis innotescunt. (b) *Nomen Filii substantialiter à Patre genitum esse significat*, docente Cyrill. *Dial.* 5. de *Trin.* (c) *Quis enim audiens nominari Filium, non statim de eo cogitat, cum esse proprium quoddam paterna substantia, inquit Athanas. Orat.* 3. *contr. Arian.* (d) *Filius enim Patri non secundum hac picta, sculpre, vel fusa imago est, sed ex eo natus non habet diversitatem natura, sed in nullo diversa, tenet natura ejus in quâ non diversus est, potestatem. Quod ergo imago est, eo proficit, ut Deum Patrem unigeniti Dei significet nativitas, uti habet Hilarius L. 7. de Trin.* Probe autem distinguendum est cum Cyrill. *Dial.* 4. de *Trin.* inter imaginem substantialem & accidentalem. (e) Eleganter hunc in finem Fulgent. *sermon. de Nativit.* Verbum non quod desinit prolatum; sed quod permanet natum, non transitorium; sed æternum, non factum à Deo Patre; sed genitum, nec solum genitum; sed & unigenitum, & Patrum omnium antiquissimus S. Ignatius *Ep. ad Magnes.* ὁς (Christus) ἐστὶ αὐτῶν λόγος ὁ ἰσθῆς, ἀλλ' ἐπιστάθης, ὁ ἰσθῆς ἀλλ' ἐνεργείας, ἰσθῆς ἐστὶ ἀπὸ τῆς γέννησῆς. (f) Ita Fulgent. *L. 3. ad Monim.* mens agitando verbum intra se generat, & sic generat Verbum de se ut genitum habeat apud se, sic Verbum Divinum in ipso Patre manet, à quò gignitur. (g) ut habet *Basill. Hom.* 16. *ἐκ τῶν νῦν προηλθῆ καὶ ἀπαθῶς ἐξ ἑνὸς ἡθῆς* (h) *Apoc.* XIX, 12. 13. Nemo enim novit Filium nisi Pater, *Matth.* XI, 27. (i) *Quamcumque enim rem cupit veraciter cogitare, ejus utique similitudinem, quantum valet in ipsâ suâ cogitatione conatur exprimere*, docente *Anselmo in Monol.* c. 31. (k) in *Gali Razia.* (l) Ubi docetur *Ps. LXXII.* 17. *Messia nomen esse* יְהוָה adeoque verba illa: *ante solem יְהוָה*, de *Generatione Filii Dei* accipiuntur. *Conf. Stendneri Jüdische a. b. c. Schul.* n. 76. p. m. 114, sq. & *Wizius in Jud. Christianiz.* p. 325. Prolixius excellentiam Generationis hujus probant *D. Hier. Zanchius Tom. I. Opp. Theol.* de 3. *Elob.* à p. 213, ad 258. & *Calov. in System.* Tom. 3. *Artic.* 3. de *Fil. Dei* cap. 3. p. 539. ad 582. *Conf. B. Höpffner. LL. Theol. Loc.* q. p. 122. & *B. Quantstedt. in Syst. Part. 1. c. 9. sect. 2. qv. 8. p. m. 380. 399.* & *B. DN. D. Paul. Tarnov. in aureo illo de Trin. libro.* &c.

S. 2. Vocatur hæc *Generatio Filii Dei æterna.* *Charaeter* ejusdem *hypostaticus*, sive *proprietas Characteristica.* (m) Notant autem hic Theologi, *Charaeterem hypostaticum Filii* considerari vel κατ' ἐσω vel κατ' ἐξω de priori hæc vice sermo. Et hic iterum *duplicem infert relationem*, quarum *una ad primam, altera ad tertiam Trinitatis Personam* est. (n) *Relatio* ἑστὶν ἐπὶ ἀρχῆς Filii ad primam Personam, fluit ex opere ad intra, & dicitur

tur *Generatio passiva*. *Relatio* $\Theta\epsilon\tau\eta\ \iota\mu\acute{\alpha}\rho\epsilon\zeta\omega\varsigma$ ad tertiam Personam fuit ex opere ad intra, & dicitur *Spiratio activa*, qua Filius & Pater Unius ejusdemque numero essentia communicatione tertiam Trinitatis Personam uno actu indivisibili & aeterno, modo ineffabili produciunt. Rom, VIII, 9. Gal, IV, 6. Esa, XI, 4. Phil, I, 9. 1 Petr, I, 11. Job, XIV, 26. c. XVI, 7. 13. 14. 15. c. XX, 22, 23. Act, II, 33. De hac iterum hac vice non agimus. Sed de illa. Dicitur *Character hypostaticus*, s. *proprietas Characteristica ad intra*, quia per eandem Filius realiter à Patre & Spiritu S. distinguitur, tanquam peculiarem & distinctam ab illis hypostasin habens.

(m) Si quis hanc etiam cum *Scholasticis* malit *notionem*, quam *Characterem* dicere cum eo non contendemus, saltim utriusque cognitionem ad Filii DEI Personam declarandam requiri certum est. Et solent quandoque *Veteres Latini* significata *notionum* quoque, as *Thomas P. 1. qu. 32. art. 3.* definit *proprias rationes cognoscendi divinam Personam*, complecti, cum *ιδιόλογος χαρακτήρας* vel *ἰδιόλογος ἰδιώματα* indigitant. Conf. *B. Dorsch. Anti-Cornu: c. 21. §. 3. p. 130.* & *Calov: l. c. p. 535.* (n) Quamvis *Relatio* in Filio duplex sit, una, quæ *Patrem*, altera, quæ *Spiritum S.* respicit; *Character* tamen *hypostaticus* Filii tantum unus est, nempe *Filiatio*, *Spiratio* vero *activa* non est *Character* Filii, accurate loquendo, quia etiam *Patri* competit; *Characteres* enim sunt *proprietas Personarum*, quæ *uni soli Persona* competunt, & non alii, atque tales tantum sunt *Generatio activa*, *Generatio passiva*, & *Processio*, seu *Spiratio passiva*. Nullum igitur est argumentum *Socinianorum*: *Quot sunt in divinis relationes, tot sunt Persona.* Atque q. sunt *Relationes*, nempe *paternitas*, *filiatio*, *Spiratio activa* & *passiva*. E. *Rfb. Neg. Major.* solæ *Relationes opposita* multiplicat *Personas in Trinitate*: Hinc *limbo*: *Quot sunt Relationes opposita* s. *Characteres hypostatici*, tot sunt *Persona*. Sic *neg. Min.* *Spiratio* enim *activa* & *paternitas*, item *Filiatio* & *Spiratio activa* non sunt *relationes* inter se *opposita*. Conf. *Quensted. Syst: l. c. sect: 1. thes: 46. p. m. 336 sq.*

§ 3. Negant hanc Filii Dei Generationem aeternam *Aëtiani*, qui τὸ ἀγεννητὸν εἶναι essentiam Dei constituerunt, apud *Epiphan.* (o) à quibus non multum abludivit definitio *M. Henric. Nicolai*, quæ Deum definit per *Spiritum inoriginatum* (p) Negant eandem *blasphemi Judæi, Rabbinæ, Mohammedani, Sociniani*, & omnes *Deitatis Christi hostes*, quorum accuratissimum exhibet catalogum *B. DN. D. Martin. Chemnitius.* (q) Argumenta *Adversariorum* collegerunt, ac sat erudite refutarunt *B. DN. D. Grauer.* (r) & *Supra* laudatus *Magnif. DN. D. JACOB. HENNING.* (s) *Arminiani* agnoscunt quidem aeternam Generationem, in eâ tamen asserendâ nimis sunt frigidî, & imbelles, nostra enim loca corrumpunt, pro suâ parte talia potissimum proferentes, in quibus interdum neque *Filii*, neque *Generationis* ex-

pressa fit mentio, ostendente B. Calov. (t) *Proprietatem* hanc *Characteristicam Personalem ad intra* negant omnes illi, qui *Generationem* hanc mere *rationalem* vel *imaginariam* constituunt, quorum nonnulli *ἐν ὁμοούσιῳ* dicti, quales jam fuisse ætate *Jussini*, qui *Sabellianismo* ante *Sabellium* præluserunt, *Filium* tantum pro virtute ac protensione quadam *Patris* habentes, ex *Dialogo* ipsius cum *Tryphone* (u) patet. Orti postea *Sabelliani*, *λόγον* tantum pro notatione, vel cogitatione *Patris* æstimantes, nec à *Patre* *Personam* distinguentes. (w) Pari errore notatur *Marcellus Ancyranus*, quod *Filius* *λόγος* fit *Patri* insitus, quo *formaliter* ipse *λογικὸς* appellatur. (x) &c. *Obj.* inter alia *Quicquid infert passionem, illud non est proprietas Filii personalis. Atqui E. Rsp. Limit. Q. ex parte rei infert &c.* Sic *neg. min.* secundum nostrum enim concipiendi modum *passionem* tantum infert.

(o) *Heresi: 7. c. 9. (p)* in *Method: Trin: th. 39. p. m. 44.* de quo B. DN. D. Scherz: in *Syst. Theol: Loc: 2. §. 23. in Error: p. m. 66. (q)* in *LL. Theol: part: 1. Loc: 2. p. m. 135. sqq. (r)* in *Harmon: princip: Calvin: & Phorin: c. 2. p. m. 8. (s)* in *Disp: citat thes: 3. in Ἀνασκρυ. (t)* in *Consid: Armin: c. 3. S. 2. §. 23. & 24. p. 107. sqq. (u)* p. 282. (w) Sic meminit *Basilii Hom: 17. contr: Sabell: quod cum verbum confiteantur in omnibus. id cum eo, quod mente concipitur, comparent, & Sapientiam vocantes similem habitus nostro faciant, ac propterea unam tantum Personam Patris Filii & Sp: S. constituent. (x)* *Conf: Euseb: L. 2 Demonstr: Ev: c. 3.* Quali errori oppositum in *Syn: Sirmiensi* sequens anathema: *Si quis instum & prolatitium verbum DEI Filium dicat anathema sit.* Teste *Hilar: de Synod: p. 273. Conf: Calov: in Syst: l. c. p. 548.*

S. 4. Nupere ante quadriennium circiter prodiit quidam, *Hermannus Alexander Roell, Profess: Franekeranus* apud *Frisios*, qui *propri tatem* hanc *Characteristicam ad intra* negavit, docens æternam *Filii DEI Generationem* nihil esse aliud, nisi *coexistentiam* ejus æternam cum *Patre in eadem essentia divina*, imo nullam esse *rationem* talem *Characteristicam ad intra*; sed omnem tantum *ad extra*, quã nempe se in carne manifestavit in tempore *Persona Divina*, ita ut *Character* ille *externus & ordo agendi* in *Scripturis* denotatus, *arbitrarius* ne sit *naturalis*, dubitet. Et sic quoque, annon permutari potuerint *Personæ*, ut qui *Pater* dicitur nunc, *ex modo agendi, & manifestatione sui aliã* dici queat *Filius*. Opposuit se huic *Collega Campegius Vitringa*, & aliud quidam *Renzius Meilsma* disputatione aliquã. Contra quos hic *Roellius* defendere se laboravit tum in *Belgicã* quãdam *Relatione* tum in *dissertatione Theologica* quãdam. Quibus accessit *Theologus* quidam extraneus *David Hugueninus* in *Acad: Duisburgens: Profess: suppetias* ferens communi doctrinã in libello; *Christianus ratiocinans.* Totum autem erroris

ris hujus fundamentum, iudicio Magni quondam Nostri Theologi B. DN. D. SCHOMERI, Præceptoris eheu desideratissimi (y) nititur illâ hypothesi, quod Generatio Æterna sit quædam *contradictio in adjecto*, & omnis generatio repugnet omnimodæ æqualitati divinarum Personarum. Cum tamen certum sit, & dudum similitudinibus quibusdam v. gr. *Radiator solarium, fontis scaturientis* à Theologis probatum, quod detur quædam *emanatio* etiam *effectus à causâ*, qui cum causâ suâ sit *tempore simul*. Unde nec ulla in eo contradictio est, quod *Filius* à *Patre* ut principio *eternâ* quâdam *Generatione* emanet. Neque Filio Scriptura S. in proprietatibus Characteristicis; Sed in essentiâ & Natura Divina eadem, quæ Patris sunt assignet. Neque *perfectio-nes Filii divinas, & æqualitatem* cum Patre ita interpretari oportet, ut *distinctionem Personalem* tollat, quæ tolleretur utiqve, vel etiam *unitas & simplicitas* DEI labefactaretur, nisi in *Patre*, ut in *fonte* & principio omnis divinarum Personarum Deitas concurreret.

(y) In supra laudato Colleg. MSSo sup. B. Calov: Theol. Pos: l. c. ad th. 4. ex quo Viri hujus, tanquam Theologi vere consummati (uti haut immerito conjunctissimus ipsius quondam Collega, Magnificus meus DN. PRÆSES cum nominat in *progr. funebr:*) *discursum* hac de materia perquam accuratum B. L. communico Conf. etiam *Acta Erud: Lips: Ad A. 1691. in supplem: sect: 7. p. 377 seqq.*

PORISM. II. Est autem Generatio Filii Dei Æterna Opus divinum ad intra Personale, quo Filius Dei à Patre Æterno, unius ejusdemque numero essentiæ communicatione, ab æterno vere proprieq; modo tamen hyperphysico, & impervestigabili gignitur.

§. 1. Est hæc descriptio à B. Nostro J. F. KONIG tradita (z) quæque optime ex dicto nostro fluit. Exhibet ea cum *descriptum*, tum *descriptionem ipsam*. *Descriptum* est *Generatio Filii Dei Æterna*. Dicitur *Generatio* hoc loco in *sensu passivo*, & quidem *grammaticæ*, non *physicæ*, secundum Calov. (aa) Estque h. l. ab omni *imperfectiōe & impuritate* liberanda. Et distingv. inter *Generationem, physicam & hyperphysicam*. Non hic intelligitur *illa*, uti à *Philosopho* (bb) describitur, *Ex subjecto s. termino non existente in existentem, secundum contradictionem, facta mutatio*. (cc) Sed *hyperphysica* ab æterno facta, ex illâ nec metienda, nec ad illam exigenda. (dd) Alii *triplicem* notant *Generationem*: (1) in *naturalibus* tantum, *substantialem* quidem; Sed *physicam* (ee) in quâ quod gignit; *de se* quidem gignit, sed *extra se*. Sic Homo hominem gignit. (2) In *pure spiritualibus* suo modo *hyperphysicam* quidem, sed *accidentalem*, in quâ quod gignit, *intra se* quidem gignit, sed non *de se*; Sic Spiritus creatus conceptum aliquem, vel intentionem

tionem s. primam, s. secundam rationis fecundæ sobolem intra se gignit, d. non de se, i. e. *intima* quidem *inbæsonis*, non tamen *essentialis participationis*. (3) in *Divinis & vere transcendentalibus*, tum quâ modum, tum quâ statum (ut ita loquamur) *transcendentalissimam & substantialissimam*, in quâ gignens simul & de se gignit, i. e. *substantialiter, & per se, i. e. independentem, & intra se, i. e. immanenter*. Sic solus DEUS Filium suum gignit, & hic ab Eodem gignitur. De ultimâ h. l. agimus (ff)

(z) In *Theol. posit. part. 1. §. 24. p. m. 38. B. D. Calov. l. c. p. 536.* ita: *Est origo λόγῳ, quæ ante omnia secula est substantiâ Patris intra complexum Deitatis cœu Filius ejusdem cum Patre Essentia imago Patris, & Character ὁμοούσιος ejus prodit. ad ductum Thom. P. 1. q. 27. art. 2. ubi generationem proprie sic dictam abstracte, uti præscindit à supernaturali & physica, sic definit. Est origo viventis alicujus à principio vivente conjuncto secundum Naturâ similitudinem; vel, ut alii è Damasc. l. 1. c. 8. Rei alicujus ex alterius substantiâ in similem substantiam facta productio, inferens (quod in naturâ intellectuâ addendum) relationem Filii. (aa) c. l. (bb) s. Phys. c. 1. (cc) vel ut Damasc. Dial. c. 61. ex eo, quod omnino non est in substantiam facta mutatio, qualem generationem hic fingebat Arius, de non extrinsecis productum esse Filium, somnians. (dd) Conf. *Quensted. l. c. thes. 47. p. 337.* (ee) *Physicam* nonnulli subdividunt in *Univocam & equivocam*: in illâ generans & genitum ejusdem sunt species, in hac secus, item in *inchoatam*, quæ proximum generationis terminum, nempe formam cum aliquâ sui speciei materiâ exhibet. Et *consummatam*, quæ terminum ultimum, totum scilicet compositum sistit. Denique in eam, quæ propior est, & ἄμεστος & eam quæ remotior, suisque gradibus, & internodiis constat, s. ἐμμεστος. Vi illius ipse Christus, quâ Homo Filius est Maria, vi alterius idem quoque ex Patribus natus, mox semen Abrahæ, mox Davidis dicitur. (ff) Conf. *B. DN. D. Aug. Balthas. Inaug. Diss. Posit. 1. §. 1. & 2.**

§. 2. In *Descriptione ipsâ* exhibetur nobis *conceptus communis, & proprius*. *Conceptus communis* est *Opus divinum ad intra Personale*, quod commune ipsi est cum *Spinitione &c.* *Conceptus proprius* sistit nobis & *materiale & formale*. *Materiale* voco *subjectum*, quod hoc loco duplex generans & generatum. *Illud* alias vocatur *terminus s. principium à quo. Hoc terminus ad quem. Subjectum generans, seu principium & terminus à quò est Pater Æternus*, quod vocabulum hoc loco sumitur ὁμοούσιος, (gg) quia hic *Persona una ad alteram refertur*. Et intelligitur hic *proprie*. *Proprius enim & naturalis, non adoptivus* h. l. est *Filius, Generatio* quoque hæc est *propria, proprium* ergo oportet quoque intelligi *Patrem*. Et hic *terminus* Generationis hujus à quo, s. *principium* ejusdem est. Circa quod inter *Eruditos* quæri solet: *An Pater recte principium hujus Generationis, & hujus Filii*

Filii dici queat? Rsp. Affirm. in sano sensu, sumto vocabulo, quantum licet, communissimè. Vel cum Summe Rev. DN. D. SIMON. HENNINGIO, (bb) Theologo Ecclesie Nostrae eruditione sua profundâ, & pietate certe exemplari fulgidissimo, Patrono, Praeceptore, ac in Christo Patre aeternum de venerando, distingvuo (1) inter principium $\pi\epsilon\acute{\omega}\lambda\omega\varsigma$, & $\delta\epsilon\upsilon\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\varsigma$ tale, de hoc quaritur. (2) Inter principium $\delta\epsilon\upsilon\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\varsigma$ tale ratione communis entitatis, & eminentiae; de hoc sermo est. (3) Principium illud non excludit omnem prioritatem; sed (a) Naturae. (b) durationis, (c) dignitatis excludit; non vero Originis, s. productionis, & ordinis s. naturalis enumerationis. (ii) Quo modo explicato Pater omnino recte dicitur principium Generationis & geniti. Probo cum jam laudato meo Praeceptore: (1) Ex Natura principii. Nam quocunqve modo processio requiritur, jam vero Pater per Aeternam Generationem eandem numero essentiam communicavit Filio. Prob: (2) Ex communi loquendi modo. (3) Ex consensu orthodoxae Ecclesiae. (kk) Terminus ad quem est Filius DEI secunda Trinitatis Persona, quam jam in praeced: sect: consideravimus. Addo hoc loco controversiam illam. An Filius hic propterea, quia Pater principium ejus dicit, principiatum esse queat? Rsp. cum Summe Rev: DN. D. SIM: HENNING: (ll) Quamvis nihil ob stare videatur, quo minus Filius DEI principiatum Patris dici queat, tutius tamen esse, ab hâc phrasi abstinere. Prob: prius (1) Ex Natura principii & definitione. (2) Quia principium & principiatum sunt relata (mm) Poster: prob: (1) quia ab illa phrasi abstinnit veneranda antiquitas imprimis in occidentali Ecclesia. (nn) (2) quia facile hic dari potest occasio errandi, cum dependentia communiter sub eo concipiatur. (oo)

(gg) Communis est distinctio, quâ nomen Patris, nunc $\pi\alpha\tau\epsilon\rho\upsilon\varsigma$, quando Divinitas intra se describitur, nunc $\delta\epsilon\upsilon\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\varsigma$ sumitur, quando ad Creaturas fit relatio & tum omnes tres Personas complectitur. Trinus enim Deus i. e. qui unus est in tribus Personis & Trinus in una Essentiâ, est Pater noster, affectu & effectu, à genibus dictus $\mu\epsilon\tau\epsilon\omega\upsilon\tau\epsilon\rho\varsigma$, Ein Deutter Vater. Conf. B. DN. D. Balbas. Disput. Inaugur: post. 8. §. 37. (hh) In Controvers: Metaphys: summâ $\alpha\upsilon\tau\epsilon$ $\epsilon\sigma\iota\alpha$ deductis & privatim dictatis libr. 2. Sect. 2. cap. 2. Qu. 3. Conf. B. Calovii Metaph: div. part. 1. c. 14. thes. 2. p. m. 468. thes. 3. p. 469. seqq. Disputat & de hac Controversiâ Fonseca Metaph: l. 5. c. 1. qu. 3. Sect. 2. p. m. 22. seqq. & B. D. Müll: in Th: Schol. c. 23. §. 371. p. 275. Conf. Calov: l. cit. thes: 4. p. m. 470. (ii) Modus ille prioritatis enumerationis dicitur ideò, quia non ex arbitrio nostro pendet; sed sumitur ex natura ipsius DEI. (kk) Sic olim orthodoxi Patres hoc vocabulo usi sunt. Itâ namq; Athanasius Contr. Greg: Sabell: p. 515. $\epsilon\ \mu\epsilon\tau\epsilon\rho\upsilon\varsigma\ \rho\acute{\iota}\varsigma\epsilon\ \kappa\alpha\iota\ \mu\eta\gamma\eta\ \tau\acute{\omicron}\ \upsilon\iota\acute{\omicron}$. Conf. Augustin:

gustin: lib. 4. de Trin. c. 20. Et B. D. Balhaf. l. c. §. 38. (ll) l. c. qu. 4. (mm) Si nimirum distingvas cum *Fonseca* l. 5. *Met.* c. 7. inter principiatum, & id cuius est principium (nn) Excip. *Neg. Conseq.* de Patre, cum is sit principium tantum origine tale principiatum verò naturâ posterius esse debeat. *Rsp.* Contra: Si datur principium, quod non est naturâ prius principiatio, dabitur & Principiatum, quod naturâ posterius non est. (oo) *Thomas* quidem 1. *Sett.* qu. 33. *artic.* 1. ad 2. meminit Græcos dicere Filium & Spiritum S. Principiatum. Ita *Damasceus* lib. 1. de O. F. c. 13. esse ἀνάπαιον Patri, ἀιπιατον vero competere Filio & Spiritui Sancto, & *Euseb.* lib. 4. *demonstr. Evang.* Filium dici ἑστιάμενον, essentiatum; sed istam παρρησίαν loqvendi consilio, *B. Calov.* l. c. p. m. 470. præstat non imitari. *Conf.* B. D. *Henr. Müll.* l. c. § 372. p. 276.

S. 3. *Formalis ratio* consistit in unius ejusdemq; numero *Essentia* Patris *communicatione*. Per hanc enim Filius in esse Filii constituitur. Dico (1) *communicatione* *Essentia* Patris. Ortus enim est Filius DEI non ex nihilo per *Creationem*, nec ex alienâ vel externâ *substantia* qualiscunque *productione*, sed è *substantiâ* *Genitoris* *Eterni* Patris *essentiam* suam *communi-* *cantis*, non à se tantum, sed ex se quoque, & de se (pp) ipsam tamen *Paterni-* *tatem* non *communicando* (qq) Quâ occasione moveri hic etiam solet *qvæstio*: An, ut verum est, Filium DEI Patri *consubstantialem*, ex *substantiâ* Patris *generatum*, itâ etiâ verum sit dicere: *Essentia* generat *Essentiam*? Non aridet hæc *Phrasin* *Lombardo*, (rr) aliisque *Scholasticis*, cum quibus consentit *Bellarminus* (ss) *E. Calvinianis* idem sentiunt *Bucanus* (tt) *Polanus* (uu) *Spanheim* (ww) *Molinaus* (xx) *Joh. Forbes.* à *Corse.* (yy) *Theologi* tamen *Nostrates* *phrasin* eandem defendunt, docentes, *generare* & *gigni* *bifariam* accipi, vel idem esse, quod *generando* *produci*, vel per *Generationem* *communicari*. *Priori* modo certum est, *Essentiam* non *gigni*; sed *Personam*; *posteriori* modo verò nihil obstat, quo minus *Essentia* dicatur *gigni*; vel ut alii, *Essentiam* *divinam* *dupliciter* *spectantes* (1) prouti est *communis* omnibus *tribus* *personis*, (2) prout est certo ἡ ἀρχαία ἰερωσὶ in *signita*. Non illo, sed hoc modo accipimus *Essentiam*. *Prob.* (1) ex *Prov.* VII, 24. 25. (22) *Prob.* (II) ex *absurdo*, quod, ex *contrariâ* *sententiâ* *fluit*; (aaa) *Prob.* (III) ex *consensu* *antiquitatis*, (bbb) *qvæ* etiam est *opinio* *recentiorum* *nostrorum* *Theologorum*. (ccc) Dico (2) *Unius* *ejusdemq;* *numero*. Quod *desumitur* ex *Joh.* X, 30. & *innuitur* *eodem* *omnimoda* *illa* cum *Patre* *coequalitas*, & *similitudo*, quâ *Character* ἰσοτιμίας *eiusdem* *dicitur*. *Ebr.* I, 3.

(pp) Sic n. Filius rectissime dicitur, *genitus* *Deus* *de* *Deo*. *Qvæ* *Symboli* *Nic.* *Phra-* *sis* non dura est, uti *Genebrardo* & *Daneo* *visum* *fuit*. Id autem *Not:* *particulam* *de* non *denotare* *h. l. materiâ*, ne *quidem* *qvæsi* *talem*; nec *efficientiam*; nec *nam*

dam divinam substantialitatem; sed originationem & consubstantialitatem semel, ut more suo erudite differit B. D. Balthas. in *Disp. inaug. posit.* 8. §. 39. (qq) Cessaret enim omnis inter genitorem & genitum distinctio. (rr) *lib. 1. sent. dist. 5. (ss) Tom. 1. Controv. in prefat. controv. gen. quæ est de Christo, & lib. 2. c. 7.* ubi calligat Joh. Wigandum, quod dixerit; *Essentiam in divinis generare & generari, & exindè colligit, aliam Patris, aliam Filii esse naturam.* Verum sententia Wigandi non fuit, *Essentiam absolute generari, sed in Personis SS. Trinitatis.* Inde malè inscitiam Wigandi traducit Tilenus in not. ad Bellarmin. *Tom. 2. p. 18.* cum ipse fateatur, *Essentiam generare non absolute in se; sed in Persona, quæ est ὁμοούσιον ἐν ὁμοίῳ* (tt) *l. 1. de Deo pag. 8. 9 (us) In Syntagm. l. 3. c. 8. p. 413. (vv) part. 1. disput. Miscell. Theol. p. 74. (xx) Volum. 1. Disp. Sedan. p. 92. (yy) instr. Hist. Theol. l. 1. c. 3. p. 7. (zz) Si enim sapientia DEI potest dici genita, cur non divina Essentia, cum Sapientia DEI sit ipsa Essentia DEI? (aaa) Si enim Essentia divina neq; generat, neq; generatur, ista est aliquid diversi ab Essentiâ Patris generantis & Filii generati; At hoc tam absurdum, quam in Deitate quaternitas. (bbb) Consentit Forbes: à Corse cum Molin. cc. 11, vid præter nonnulla recepta Symbola & Concilia Theodor. l. 1. Hist. Eccl. c. 12. Ignatium ad Magnesios, Justin: Martyr: de rectâ fidei confess. Hilar. l. 4. de Trin: Augustin: tract. in Joh. 31. lib. 7. de Trinit. c. 2. l. 15. c. 19. 26. Nazianz: de Fid. lib. 3. de Theol. Tertull. contr. Praxean: Basl. cont. Evnom. l. 1. Ambros: Tom. 2. de fide ad Gratian. l. 1. c. 5. Fulgentium ad Monim. Athanasium passim. Neq; omnes etiam Scholastici cum Magistro suo consentiunt, cum statim eodem seculo, quò hæc controversia à Lombardo móta, affirmativam defenderent Reichardus de Villa nova & Joachim. Abbas Florentinus. (ccc) Conf: præter Lutherum & Wigandum, B. D. Mart. Chemn. de D. N. p. m. 29. 30. D. Leonhard. Hutter. *Disp. 2. in A. C. p. 204. seqq.* B. DN. D. Gerhard. *Tom. 1. LL. de DEO Patre & æterno ejus Filio §. 176. 178. & Exeget. p. 1197. D. Mylinum in A. C. p. 44. D. Mentzer. Tom. 3. Disput: Marp. p. 69. B. D. Feuerborn. ΚΕΥΩΣΙΩ. Sect. 1. c. 11. p. 109. D. Balduinus in Art. Smalc. p. 55. seqq. D. Pelarg. in Symbol. Nicenum d. 3. d. 4. Affelm. Syntagm. Part. 1. Disput. 7. qu. 3. p. m. 113. seqq. Daunhaver Christoph. Sect. 1. Art. 1. §. 9. p. m. 21. Schröd. Scepter. p. 405. Dorfsch: Anti-Corn: c. 14. p. 96. seqq. & in Pentad. Disput: 2. §. 64. p. m. 108. seqq. Ekhard: in fasciculo c. 2. qu. 5. Haberkorn. Syntagm: 2. demonstr. 5. p. 484. seqq. B. DN. D. Siricius Coll. Theol. Disput. 7. Thef. 10. p. 133. seqq. Ejusd. fascicul. 1. p. 153. seqq. Potest etiã evolvi ex Arminianis Curcell. in Disput. 1. qu. adv. Maresum p. 99. seqq. ubi firmitate argumentorum B. Menzeri motus agnoscit veritatem, licet monstrum aliquod videatur alere, cum deindè concludit, Filium non esse ὁμοούσιον.**

§. 4. Deniqvè quæ ex hac nostrâ descriptione attributa fluunt, sunt sequentia: Quod nimirum hæc Generatio Filii DEI sit (I) propria. Plurimum autem hic facit distinctio inter Proprietatem rei physicam & grammaticam, illa quæ in rebus creatis locum habet, hîc intelligi nequit; sed posterior. (ddd) Probavimus & vindicavimus eam jam suprâ. Noto hîc errorem Roellii, qui imperpetua omnes in Physicis generationibus occurrentes, ad Generatio-

G nem

nem proprie sic dictam refert, adeo què hanc Generationem æternam cum *So-*
cinianis impropiam intelligit. Quod autem sæpè Generatio *impropiè* su-
 matur, præ solâ *manifestatione*, probare vult quibusdam locis Scripturæ, ut:
Prov. XVII. 21. Ps. VII. 15. Esa. XXVI. 18. Sed si loca illa secundum Textum
Ebraeum rectè considerantur, omninò non agunt, nisi de eo, quod ex aliquò
 producitur. Duo quidem posteriora loca de Generatione *metaphoricâ*, s.
 eò, quod consiliis & actionibus humanis enituntur. *Prior* autem
 locus de primâ Hominis efformatione; Non potest igitur ex his, aut aliis locis
 probari, quod Generatio s. *propiè* s. *impropiè* dicta significet solam manife-
 stationem, uti torquere voluit Scripturas *Roellius*, quemadmodum nos docuit
 quondam *B. noster. Præceptor DN. D. Schomerus*, quem *nominasse, laudasse*
 mihi est. (see) (II) *Hyperphysica*: omnem enim superat *Quoniam*: Excip: *Crellius*.
 Eo ipso quò asseramus, *Generationem* illam esse *Hyperphysicam*, destruere nos
 Generationis *propietatem*. Nullam enim generationem *Hyperphysicam*
 per Scripturam fluere ex Essentiâ divinâ. Sic Angelos, credentes &c. dici *Fi-*
lios DEI, quia Generatio eorum *Hyperphysica*. Rsp. (I) Dicitur Generatio
Hyperphysica, non per *immutationem significationis nativæ*, sed per *attribu-*
tionem sublimitatis summæ, (2) Nequè *Hyperphysicam* dicimus ad *accidenta-*
lem respectum reclinando, cujus exemplum producit *Crellius*, sed ab *imper-*
fectionibus Generationis naturalis, ad id, quod perfectionis est, transcenden-
 do. (fff) (III) *Intima*. Intrâ enim Essentiam suam Pater eum genuit. Nec
 à Patre Filius separatur, sed *in sinu ejus semper manet. Job. I. 18.* (IV) *Essen-*
tialis, de quâ jam suprâ egimus. (V) *Necessaria*. Non è *voluntate* (ggg)
consilio aut *arbitrio*. Prob: (I) quia ut Filius est, ita & genitus est. Non autem
voluntatis vel *consilii*, sed *naturalis* DEI Filius est. E. Prob. (II) Quia aliàs
 Patri non æqualis, vel ejusdem cum Patre Essentiæ esset, si voluntate existe-
 ret, quia Pater existit *necessario*, & non potest non esse. Controversiâ hac *Or-*
thodoxis Patribus valdè insultabant *Ariani* antiqui. (bbb) argumentantes:
Aut Pater genuit Filium volens, aut nolens. Si volens, E. libere & posset non gene-
rare. Si nolens, E. est miser. Sed responderunt Augustinus (iii) Athanasius (kkk)
 & *Gregorius Nazianzenus (lll)* per *ἀντὶ τοῦ ποιεῖν* querentes: Utrum DEus
 Pater esset DEus *volens* aut *nolens*, ut, si dicerent *Ariani: volens*, inferrent,
 Patrem non *naturâ*, sed *liberè* esse Deum, si *nolens*, concluderent, *esse mi-*
serum. Addunt Nostrates Theologi, genuisse quidem Patrem *volen-*
tem, non tamen *voluntate* aliquâ Generationem *precedente*, nec ita *li-*
bera, ut potuerit non gignere; aut ut per voluntatem illam sit productus
formali

746

formaliter; sed naturâ. (mmm) (VI) *Æterna & perennis*, de quâ itidem jam supra egimus. Notamus hic *Arianorum* illud. *Erat, (nempe tempus) quando non erat, (nempe Filius.)* Cui antiqui *Doctores* acriter resisterunt, quia *sine initio dierum est.* Ebr. VII, 3. Antiquissimi quidam *Scriptores Ecclesiastici* Sec. II. & III. ante *heresin Arianam* ejusmodi phrasas habent, quibus videtur temporalitas seu initium Filii in tempore innui, dum dicunt, *Filium à Patre, quando ipse voluit, generatum esse;* sed addunt tamen, *Filium in Patre semper extitisse,* atque adeo æternitatem ejus concedunt, Conf: B. DN. D. Schomerus. (mm) *Contra C. Sandium,* aliosque, qui *Patres* hosce *Ante-Nicanos* idem cum *Ario* sensisse propugnant. Defendit eosdem antè aliquot annos *Georg. Bullus Presbyter Anglicanus,* in scriptò sub rubricâ: *Defensio fidei Nicana de æternâ divinitate Filii DEI, ex Scriptis S. Patrum, qui intra tria prima Ecclesiæ secula floruerunt, Oxon. 1685. & Amstelod. 1688. in 4.* Cujus summam exhibent *Acta Erudit: Lipsiensi: (ooo) (VII) Omnis passionis experis.* In DEum enim non cadit *mutatio aut passio.* Jac. 1, 17. (VIII) *ineffabilis:* non quidem *simpliciter,* ut ad asylum illud *M. HENRICI NICOLAI: Non liquet (ppp)* sit fugiendum: quantum enim Scriptura revelat, tantum balbutiendo consectari licet, sed *comparate & ratione omnis modi.* Hinc laudanda *Nazianzeni* modestia, qui interrogatus de differentiâ inter gigni & procedere, respondit: (qqq) *Dic tu mihi quid sit Generatio? Et ego dicam Tibi, quid sit Processio, ut ambo insaniamus DEI secreta rimando.* Quodque magis admirandum est, teste *Bonarte, (rrr) Scholasticorum* etiam unus & alter diffidit ingenio.

(ddd) Vid: B. DN. D. *Siriciî Colleg. Theol: Disput: 7. th. 9. p. 133.* Conf: de hac *Controversiâ B. Joh: Gerhardi Exeget: Loc: 4. §. 73 p. 1195. & T. I. LL. de DEO Patre & æterno ejus Filio §. 167. seq. B. Graüverus cent. 1. qv illustr. disput: 4. p. 27. seq. Scharff: Calvinism: Excuss: Exeget: 14. p. 212. seq. & ex Calvinianis ips. Maccov: in distinct: p. 71. Conf: & Gregorius de Valentia l. 1. de Trinitate p. 183. B. Calovius Syst: Tom: 3. p. 536. seq. Et nihil hic roboris habent, quæ Socinus in refut: Bellarmini & Wick p. 154. sqq. affert. (eee) in Colleg. cir. ad Theol 4. §. 282. (fff) Conf: Joh. Adam Osiandr. Colleg. Theol: Syst: Part: 1. Loc: 2. theol: 39. p. 474. seqq. (ggg) intelligitur voluntas *arbitraria,* quæ non *voluntati omni, sed necessaria* opponitur. Itaque utque Pater Filium & *volens & liberè* genuit, quia non *involuntus,* aut *coactus;* attamen ex eadem naturæ necessitate, quâ *existit,* quaque *bonus & justus* est &c. Eum generare Filium his verbi s dicitur. (hhh) Statuebant enim illi, Patrem fecisse subsistere Filium suâ voluntate, obtento autem eo, concludere volebant; *Esse Filium opus & creaturam DEI.* Vid: *Athanas: in ep: de Synod: Arm. & Seleuc: p. 483 sqq. 487. 491. sq. 494. 503. (iii) l. 15. de Trinit. c. 20. (kkk) Athanas: serm: 4. contr: Arian: circa finem (lll) Orat: 3. de Theol: p. 308. (mmm) Conf: B. Joh. Gerhard. Exeget. l. c. §. 72. p. 1194. Dorfsch. Pent. ad. l. c. §. 28. p. m. 86. in vindiciis inseru. c. 17 p. 132.**

Calov. System. Theol. l. c. p. 341. Conf. p. 678. Et in confid. Armin. p. 28. 138. seq. B. Siric. l. c. th. 11. p. 137. seqq. (nnn) l. c. ad Thef. 6. § 291. (ooo) ad annum 1688. Mens. Decembr. p. 647. seqq. (ppp) Sic autem ille de Contrad. Exerc. 3. th. 53. p. m. 69. Filius Dei aut fuit antequam genitus est, aut non fuit, additur, aut non liquet, quomodo circa talia in Generatione divina se res habeat, item: aut eandem numero Essentiam, Patris Filius Dei habet, aut non eandem: adde: aut totum hoc non liquet &c. Refutatum vide apud Calov. System. Theol. part. 3. p. 673. seqq. (qqq) l. 5. de Theol. (rrr) in concord. scient. cum fid. l. 3. § 29. p. 178.

PORIM. III. Generationem Filii DEI Æternam fieri per intellectum, non admodum commoda phrasis est.

§. 1. Distinguunt Theologi inter *qualemcumque* Mysterii hujus illustrationem, petitam ab Analogiâ quadam intellectus, & inter *perfectam* & *plenam* modi Generationis delineationem. Illam cum piis veteribus concedunt, hanc contra *Scholasticos* & *Socinianos* rejiciunt. *Prob.* (I) quia à loquendi more dicti nostri & totius Scripturæ aliena. (II) *Ex absurdo*. Si intellectu Patris Filius genitus est, concedendum erit, etiam Spiritum S. habere Filium, aut negandum, Spiritum S. intelligere. (III) quia est commentum stultæ rationis, & veterum *Hereticorum*, teste *Ireneo*.

§. 2. Usurpatur phrasis ista (I) à *Patribus* quibusdam, ex quibus allegantur: *Cyrius*, (sss) *Chrysostomus*: (ttt) *Basil.* (uuu) *Theodoretus* (www) *Damasc.* (xxx) *Anselmus* (yyy) *Nazianz.* *Augustin* (zzz) (II) insimulatur & *Philippus Melancton*, quem refutat *Flacius* (aaaa) & *Wigandus*; (bbbb) A *Socinianismo* tamen eum defendit *B. DN. D. Siricius*. (cccc) (III) *Valentiniani*, *Scholastici* & *Pontificii*, & *Sociniani*. (dddd) (sss) *L. 1. in Joh. c. 5. (ttt) in principio Evang. Joh. (uuu) Homil. c. 1. Joh. (www) l. 2. ad Græc. (xxx) l. 1. de O. F. c. 9. (yyy) in Monologio c. 43. seq. (zzz) l. 9. de Trin. c. 12. & lib. 15. c. 17. (aaaa) part. 1. Clav. p. 1249. (bbbb) in Tract. pecul. de Generatione Filii Dei (cccc) in Colleg. Theol. l. c. thef. 13. p. 139. Non sentire Eum monet cum *Servoeto*, statuente, Christum appellari τὸν λόγον, ut innuatur, Eum non fuisse Personam, antequam è virgine nasceretur; sed tantum Ideam in mente Dei. (dddd) *Conf. Thomas Bonartes Nordtan. Anglus in Concord. Scient. cum fid. L. 3. §. 33. p. 184. seqq. Edit. Colon. & Marchant. Hort. Past. tract. 4. Lect. 1. prop. 2. p. 199.* Argumentum præcipuum sumitur ab eò, quod Christus dicatur λόγος; sed communissime confunditur *verbum substantiale divinum*, cum *sono humane vocis*. Difficultates *Svarezi*, *Vasquez*, & aliorum *Jesuitarum* contra *Durandum* solvit *Roder. ab Arriagá Tom. 1. Tract. de Trin. disput. 44.* Cæterum prolixius hac de Controversiâ vid. *B. Joh. Gerhardum Exeges. l. c. §. 76. p. 1198. Dorsch. vindic. 12. tert. p. 140. Theol. Zachar. part. 2. p. 226. Calov. l. c. p. 689. seqq. Quensted. Syst. Theol. Part. 1. c. 9. sect. 2. qv. 9. p. m. 387. seqq. B. Meisner. Λογολογ. S. qv. 2. Siric. l. c. Isaac. Cheiron. Gymnasiarcha Nemaufens: in libro sub titulo: Ignorantia Jesuitarum.**

PORISMA IV. Aeterna Filii DEI Generatio non tollit Ejusdem

ωεὺνπαρζῶ.

S. 1. Adversus Socinianos de Filio Dei disputaturus omnino Praeexistentiam Ejusdem omni suae disputationi praemittat. (eeee) duplex autem notanda Praeexistentia: (1) antequam mitteretur, nasceretur, carnem assumeret, aut à Patre exiret, è caelo descenderet, in mundum veniret, ante Johannem, Prophetas, Moysen, Abrahamum imò ab Ecclesiae origine, & mundi creatione, existens. (2) Ante tempora, & ante secula, ante conditum mundum, & ab aeterno. Ultramque non destruit, quin potius eleganter comprobatur Generatio haec in dicto nostro asserta. Est enim secundum illud Generatio haec aeterna, ubi nihil prius & posterius est, quod aeternitati adversum sit! (ffff) Hinc argumentor. Q. est ab omni aeternitate, omnis posterioritatis sibi adversae experis, illud omnino Praeexistentiam ante omnia secula non tollit, sed potius probat. Atq; Generatio Filii Dei secundum Textum nostrum est talis. E. Addi hoc loco potest egregium illud dictum Job. I. Ubi Verbum (quò Generationem simul Messiae indigitari jam supra Porism. 1. S. 1. asserui) ab initio ante conditum mundum dicitur fuisse: Hinc argumentor: Quicumq; ita est generatus, ut extiterit ante conditum Mundum, illius Generatio non tollit Ejusdem ωεὺνπαρζῶ; sed potius probat. Atq; Messias Etc. E. Reliqua argumenta contra Socinianos collegit Calovius. (gggg)

(eeee) Reliqua enim testimonia omnia, quae agunt de Deitate Filii Dei, elidunt suam distinctione inter summum Deum & factum. Conf. B. DN. D. SCHOMERUS l. c. ad Cap. 6. Thef. 1. §. 267 (ffff) Hoc ut rectius intelligatur, not. ex Thomá Part. 1. qv. 42. art. 2. duobus modis contingere posse, ut id, quod à principio aliquò originem trahit, isto sit posterius. (1) ex parte principii (2) ex parte actionis. Quod principium attinet, illud ad Principium suum concurrat vel voluntarie, vel naturaliter. Si principium est ex voluntarie agentibus, posterius est ejus principium, quando principium sibi certum praestituit tempus ad agendum; Si verò est ex naturaliter agentibus, principium est posterius, quando agens naturale ab initio non habet perfectionem virtutis naturalis ad agendum, sed ei advenit post aliquod tempus, sicut e. gr. Equus in principio generare non potest. Quod verò actionem ipsam attinet, ratione ejus aliquid est posterius suo principio, quando actio ejus est successiva. Sicuti autem nihil horum datur in Generatione Filii Dei, licet à Patre, tanquam Principio procedat, eo tamen non est posterior, ita, ut posterioritate illa destruat Aeternitas ejus, ratione ordinis & originis quidem Patre est posterior, hoc tamen aeternitati non adversatur. Conf. Beckm. Dissput. cit. §. 14. p. 9. seq. (gggg) in System. T. 3. p. 261. seqq. E. 281. seqq.

S. 2. Negant hanc Praeexistentiam praecipue omnes illi, qui blasphemè

mè contendunt Filium antè Conceptionem Mariæ Virginis non extitisse, eumque tum demum initium cepisse. Qvales fuerunt. *Sec. I. Ebion & Cerinth: & Carpocrates, Ægyptius genere: Sec. II. Alogi Theodotus, quidam Byzantin. Artemon. &c. Sec. III. Beryllus Bospororum Arabia Episcopus, Paulus Samosatenus Episcopus Antiochenus & Lucianus Presbyter, Antiochenus &c. Superiori Seculò Mich. Servetus, & etiamnum hodiè Sociniani, qvanqvam in eo à Samosatenò & Photinò abeant, ut & à Serveto, qvòd hi λόγον Verbum Dei antè conceptionem è Spir: S. extitisse admiserint, licet de eò perperam senserint. Sociniani autem λόγον, de qvò Johannes agit in uterò demum Virginis cepisse contendant, differentiam hanc fatente ipsò Socino. (hhhh) Prolixius hac de re B. DN. D. Calovius. (iii)*

(hhhh) Sic enim ille *respons: ad c. I. Wujek p. 31. se non parum à Servetò dissidere, præferim in explicando, quis sit illud verbum, seu sermo, de qvò Johannes in principio Evangelii sui loquitur, sed multò magis in his interpretandis quæ illi ibidem tribuuntur. (iii) in System. Theol. l. c. p. 244. sqq. & p. 281. argumenta Adversariorum collegit & more suo, i. e. acutè refutavit B. noster SCHOMERUS in Collegio Antisociniano, non tam cedro, qvam coclodigno c. 4. qv. 3.*

PORISMA V. *Æterna Filii DEI Generatio Eiusdem αὐθεότητι* non tollit.

§. I. *Αὐτόθεος*, vel ut alii scribere malunt, *Αὐθεός* propriè & ex vi compositionis Græcæ est *ipsissimus DEUS*. Notandum autem (1) *αὐτόθεος* esse, aut significare, qui *vere & se ipso DEUS est*, vel qui *à seipso DEUS est*. (2) Opponitur aut *productioni temporali aut personali*. (3) Vel opponitur *Essentia divina inæqualitati*, vel (ut alii loqvuntur) *dependentia, vel Essentia divine communicationi*. Priori semper modò de Messia nostro asserimus. *Posteriori* autem modò intelligendi sunt *Theologi Nostrates*, Christum *αὐτόθεον* esse negantes (kkkk) Brevissimè: Filius est *αὐτόθεος* respectu Essentiæ increatæ, non est *αὐτόθεος* in relatione ad Patrem, à qvò accepit Essentiam. *Probo* Thesin meam (1) Si ipsa divina Essentia est numerò una, omnibusque in Trinitate Personis communis, seqvetur, ut, qvia Pater est *αὐτόθεος*, propterea qvò Essentia ejus increata est, nec aliundè esse cœpit, etiam Filius erit *αὐτόθεος*, respectu ejusdem Essentiæ, qvam à Patre per Generationem accepit. Et per Conseqvens Generatio hæc *αὐθεότητι* Eiusdem non tollit, sed potiùs probat. Atqvi verum est prius, E. & posterius. *Prob: (2) ex similibus phrasibus: Christus dicitur αὐθάραθος, αὐσώσατος αὐθυπόσατος αὐπέλατος, αὐζανής, αὐτόζων*, quidni eodem qvoque modo diceretur *αὐτόθεος*. At prius etiam ipsi *Adversarii* concedunt. E. nec posterius negare debent. *Prob: (3) ex antiqvitare, quæ ita locuta est. (llll) (kkkk)*

(kkkk) Ut B. Höpffner in LL. Theol. Loc. 4. de Deo Fil. qv. 1. p. 121. & B. DN. D. Hem. Müller in Theol. Scholast. c. 23. §. 282. p. m. 285. (llll) Locutus ita est Origenes, qui vocis Autor esse creditur Tom. II. Edit. Basil. post: p. 272. in Eo. Joh. sic loquitur *Enseb: in panegyrico Paulini Tyrii Episcopi laudibus dicato Hsb. Eccl. 1. 10. c. 4. traditq; ibidem etiam ante Concil. Nicæn. credidisse Imperatorem, Christum esse αὐτῶν*, Cyrillo Alexandr. de Trin. c. 6. omnes Personæ Deitatis sunt αὐτῶν & alii passim.

§. 2. Damnat eam locutionem tanquam hęreticam Genebrardus, (mmmm) tanquam incautam Bellarminus, (nnnn) Alphons. Salvaeron, (oooo) quem ad verbum fere descripsit Ludovicus Richeomus (pppp) Anton. Possevinus. (qqqq) Negant itidem strenuè αὐτῶν τῶν Sociniani & Arminiani, seu Remonstrantes (rrrr) in Belgio (ssss)

(mmmm) L. 1. de Trin. introduxisse hic dicitur nomen Avotheanorum hæreseos. (nnnn) l. 2. de Christ. c. 19. (oooo) Tom. 2. Comment. in Evang. tr. 10 p. 96. (pppp) Idololatr. l. 3. c. 3. (qqqq) Bibl. Sanct. l. 8. c. 6. p. 347. (rrrr) Sic dicti à libello illo supplici ordinibus Hollandia & Westfrisia post fata Arminii An. 1610. exhibitio, quem Remonstrantiam Belge appellant, quæ legi potest in Collatione Hagensi Anno proximo 1610. subsecutâ. Conf. B. Calov. Consid. Arm. in Dissert. proem. sect. pr. §. 4. p. 13. (ssss) Sic F. Arminius in Declarat. Sent. ad ordin. Holland. p. 64. Nullo modo, inquit, tanquam bene dictum excusari potest, Filium DEI αὐτῶν esse Conf: respo ad art. 31. art. 21. p. 281. & Simon Episcop: lib: 2. in scri. c. 32. Defendunt autem è contrario phrasin hanc: B. D. Joh: Gerb: Exeg: l. c. §. 67. p. 1197. & LL. Th. T. Loc. de DEO Patr. §. 179. & de Glor. DEI Part. 1. Diss: 9. §. 15. Affelmann. in Syntagm. Part: 1. Diss. 7. qv. 2. p. m. 112. sq. Schröder Sceptr. Reg: p. 404. Stegmann. Photinianism: Diss. 5. qv. 6. Dannhåwer. Christesoph: Sect: 1. art. 1. §. 1. & 2. p. m. 7. Dorfeb. in interv. pro SS. Trin. c. 31. p. 435. & in Anti-Corn. c. 31 p. 413. sqq. in Pensad. Diss. 2. §. 65. p. 109. Hulfemann. in Breviar. c. 2. th. 19. B. Meisner. Philos. Sobr. part. 2. c. 2. qv. 2. p. m. 285. sq. Calov. Consid. Armin. c. 3. sect. 2. qv. 11. p. 115. sqq. & in System. Tom. 3. p. 597. sqq. & Theol. Nat. Rev. p. 879. sq. Paul. Tarnow. de SS. Trin. c. 8. p. 924. Scherz. Syst. Theol. Loc: 2. §. 25. p. m. 71. II: in Colleg. Anti-Soc. Diss. 3. p. m. 111. Qvensted. l. c. qv. 7 p. m. 376. sqq. Bechmann. Diss. citat. §. 15. p. 10. Conf: & Gregor: de Valent: l. 1. de Trin: c. 22. & libr: 2. c. 17. Didac: Ruiz. de Trin: Diss: 1. Sect: 5. n. 7. Petavi: Tom: 2. Dogm. Theol: de Trin: l. 6. c. 11. Francisc: Gomarus explic: c. 1. Apoc. in Corollar. p. 755. Edit: Noviss: Chamier Panstrat: Cathol. l. 1. de Trin: c. 3. & 4. Maref. Hydr. Socinianism: expugn: Tom. 1. p. 29. & p. 249. Andr: River: in Genes: Exerc: 14. Tom: 1. Opp: p. 60 Voetius P. 1. Disspp. Sch. p. 442. sqq. Quibus facile refutari poterunt exceptiones Schlichtingii contr: Meisner: p. 331. sqq.

PORISM: VI. *Christus etiam secundum Humanam Naturam est Filius DEI naturalis.*

§. 1. Intelligitur hoc Porisma (1) non in abstracto, scil. Humana Natura est Filius Dei Naturalis; sed in concreto ita: id quod ex Mariâ natum est

est, vel quod idem est: *Homo Christus JESUS est Filius DEI Naturalis.* (2) Dicitur sic non *naturaliter*, nec *essentialiter*, seu per *modum Eternæ Generationis*; sed ex *Unionis Personalis* sublimitate. (3) Particula: *secundum* h. l. non est ἀλλολογική, sed δεικτική, non indicat *causam attributionis*; sed *subiectum*. Probo autem thesin meam (I) quia *Filius Dei*, qvales in dicto nostro mentio fit, *unus* est. Prob. (II) Ex reliquis disertis Scripturæ dictis *Luc. I., 35. Job. I., 14. Matth. III., 17. c. XIV., 33. Rom. VIII., 32. &c.* Prob. (III) Ex *analogiâ fidei*, quæ vult, ut Christo, quâ Homo est, ipsa *ἰσότης τοῦ λόγου*, atque adeò *filiatio* communicata esse dicatur. Prob. (IV) Ex *infinitis absurdis*, quæ ex negatione hujus Porismatis sequerentur. Nam (1) *Maria Virgo* non foret *θεοτόκος* & contr. *Luc. I., 43* (2) quia alias foret *Filius Dei Adoptivus*, quod itidem *absurdum* est. Nam (a) *Adoptio* est *Personæ extraneæ*, Christus autem ut Homo non est *Persona extraneæ* à Deo (b) *Adoptio* est *opus ad extra*, sicq; Christus foret *Filius totius SS. Trinitatis*. (c) essent in Christo *due Personæ, adoptans, & adoptata*, quod *Nestorianum* est. Prob. (V) Ex *decreto Concilii Francofurtani ad Mænum.* (tttt) ubi definitum, *Christum etiam secundum Humanam Naturam esse Filium Dei naturalem*, & contraria phrasis de *Filio Adoptivo* in *Eodem hoc, & Ratisbonensi Concilio* ut *Nestoriana* damnata est.

(tttt) *Sec: VIII.* termino adveniente *A 794. Carolus M.* indixit *Synodum Francofurti ad Mænum*, in qua una cum aliis controversiis & illa fuit ventilata, quam *Felix Ulgelitanus, & Elipandus Toletanus, Episcopi* moverant, asserentes, *Christum secundum Humanam Naturam non esse Filium Dei unigenitum, & naturalem; sed saltem adoptivum*. Testantur autem *Synodi acta Tom. 3. Concil. p. 227. sqq.* tam *Adrianum I. Romanæ sedis Episcopum*, quam ipsam *Synodum* multis argumentis *Felicis & Elipandi* errorem confutasse, & peculiarem librum eidem opposuisse. vid. prolixè *Tom. 2. Concil. compendiosè in cent: 8. Magdeb. col: 627. sqq.* Conf. *Baron: in Annal: Tom. 9. A. C. 792. 793. p. 458. Ed. Colon: de Concilio ipso disparibus sententiis agitur inter Pontificios ipsos. Conf. Sinnich: Goliathism: profligat: p. 441. & ex Nostris B. DN. D. Dorsch. collat. ad Concil: Francof: & insign. quondam Acad. nostr: Lumen B. DN. D. VAREN. in Breviar: art: 3. de Christ: fest. 1. p. m. 44. sq. B. meus Avus DN. L. Rhaue in Papatu Concil: denuciato c. 3. §. 17. & 18. p. m. 66.*

§. 2. Contrarium statuunt (1) *Felix Ulgelitanus, & Elipandus Toletanus*, quorum jam memini. (2) *Scholastici* quidam, ut *Bassolius, (uuuu) Durandus. (www) &c.* (3) *Pontificii* nonnulli. (4) *Sociniani.* (5) *Arminiani.* (6) *Helmstadienses* nonnulli, ut *D. G. Calixtus. (xxxx)* quem defendit *D. J. Hildebrand. (yyyy) &c.* (7) Ex *Nostratibus Orthodoxis* quidam. Quam controversiam brevitati studens prolixè hic examinare non possum, sententiam meam, vel uberiorem ejus tractationem vid. ap. alios passim. (zzzz)

(uuuu)

(kkk) Ut B. Höpffner in LL. Theol. Loc. 4. de Deo Fil.
Henr. Müller in Theol. Scholast. c. 24. §. 282. p. m. 288
nes, qui vocis Autor esse creditur Tom. II. Edit. Basl.
loquitur *Ensebe: in panegyrico Paulini Trisi Episcopi* l.
c. 4. tradit; ibidem etiam ante Concil. Nicæn. creditur
αὐτῶν, Cyrillo Alexandr. de Trin. c. 6. omnes Perfo
& alii passim.

§. 2. Damnat eam locutionem tanquam
(mmmm) tanquam incautam Bellarminus. (nnnn)
quem ad verbum fere descripsit Ludovicus Richeo
pinus. (qqqq) Negant itidem strenuè *αὐτῶν*
seu Remonstrantes (rrrr) in Belgio (ssss)

(mmmm) L. 1. de Trin. introduxisse hic dicitur nome
(nnnn) l. 2. de Christ. c. 19. (oooo) Tom. 2. Comment.
Idololat. l. 3. c. 3. (qqqq) Bibl. Sanct. l. 8. c. 6. p. 347
supplici ordinibus Hollandia & Westfrisia post fata A
Remonstrantiam Belgæ appellitant, quæ legi potest in
ximo 1610. subsecutâ. Conf. B. Calov. Consid. Arm. i
p. 13. (ssss) Sic F. Arminius in Declarat. Sent. ad ord.
inquit, tanquam bene dictum excusari potest, Filium
ad art. 31. art. 21. p. 281. & Simon Episcop. lib. 2. in
contrario phrasin hanc: B. D. Joh: Gerh: Exeg: l. c. §
de DEO Patr. §. 179. *Et de Glor. DEI Part. 1. Disp:
Part. 1. Disp. 7. qv. 2. p. m. 112. sq. Schröder Scepter.
niansim: Disp. 5. qv. 6. Dannhaver. Christoph: de
Dorsich. in interv. pro SS. Trin. c. 31. p. 485. Et in An
taid. Disp. 2. §. 65. p. 109. Hulfemann. in Breviar.
Sobr. part. 2. c. 2. qv. 2. p. m. 285. sq. Calov. Consa
115. sqq. Et in System. Tom. 3. p. 597. sqq. Et Theol.
nov. de SS. Trin. c. 8. p. 924. Scherz. Syst. Theol. L.
Anti-Soc. Disp. 8. p. m. 111. Owensted. l. c. qv. 7. p. m.
rat. §. 15. p. 10. Conf: de Gregori: de Valent: l. 1. de Tri
nuz de Trin: Disp. 1. Sect: 5. n. 7. Petav: Tom: 2.
Francisc: Gomarus explic: c. 1. Apoc. in Corollar. p.
strat: Cathol. l. 1. de Trin: c. 3. Et Maref. Hydr. Soc
Et p. 249. Andr: Rivet: in Genes: Exerc: 14. Tom: 1
Sel. p. 442. sqq. Quibus facile refutari poterunt e
Meisner: p. 381. sqq.*

PORISM: VI. *Christus etiam secundum
lius DEI naturalis.*

§. 1. Intelligitur hoc Porisma (1) non in
tura est Filius Dei Naturalis; sed in concreto in



B. DN. D.
a est Orige
to. Joh. sic
Eccl. 1. 10.
bristum esse
αὐτῶν

cebrardus,
ron, (oooo)
ron. Posses
Arminiani,

m hæreseos.
p. 96. (pppp)
libello illo
hibito, quem
i Anno pro
fect. pr. §. 4.
Nullo modo,

Conf: resso
lunt autem è
Th. T. 1. Loc.
in Syntagm.
mann. Photi
2. p. m. 7.

sq. in Pen
isner. Philos.
2. qv. 11. p.
q. Paul. Ter
it: in Colleg.
ann. Disp. ci
c. 17. Didac:
Trin. l. 6. c. 11.
Chamier Pan
Tom. 1. p. 29
us P. 1. Disp:
hringis contr

uram est Fi

Humana Na
Mariâ natum
est

750